



Handwritten text at the top edge of the page, possibly a title or reference.

100
100
45
245

in
in cere
tratis
die d
per vo
& hum
anima

D
fessons
de quel
cient
eruen
Infi
atio d
ccle

uplū sic

2⁶

STATVTA

Ducalis Terræ Zagaroli inuiolabiliter
obseruanda.

Per Illustrissimum et Excellentissimum
D. Camillum Columnam
ordinata

Et postea

Per Illustrissimum & Excellentissimum
D. Martium Columnam
confirmata

Ab eiusdem Illustrissimi subditis



*Per breuità le marche di L. 0.10 a
foglio rosso state integrate tutte
qui -*

*Il Procuratore
[Signature]*



STATUTA

Ducatus Terrae & Agri Rothomagensis
observanda.

Pet. M. de ...
D. ...

...
E. ...

P. ...
D. ...

...
A. ...



Illmo Sig. Camillo Colonna

Stefano Pansarone, Sebastiano di Sansonetto, e Mro
Agostino Calzolaro Massari di V. Illma di Zagarolo,
humilmente ricorrono da quella, esponendoli qualmente
essendo li Statuti di Zagarolo per la longinquità del
tempo quasi tutti stracciati, che appena si possono leggere,
et accio per l'auuenire non si habbia da fare errore al-
cuno nell'interpretatione d'essi, si supplica quella sia
contenta conceder gratia à detti Massari in nome di tutta
la Communita di detto Castello possano far copiare detti
Statuti nel modo se ritrouano, et essi copiati, interporci
la sua autorita, e confirmarli, approuarli, et emologarli
e caso che fosse di necessita di nuouo conderli, Statuirli, &
farli con espresso mandato, che se debbiano perpetuamente
& inuiolabilmente obseruare, e di piu, piacendoli per sua
gratia sotto criuer' detti Statuti di sua propria mano,
sigillarli con il suo solito sigillo, apponendoci la clausola
irritante &c. et ancor' la clausola, con ogni meghior modo
et tutto si riceuera da quella per gratia singularissima,
la qual Dio prosperi, & conserui ad votum &

Concedimus gratiam suprascriptis Massarijs et Homi-
nibus, ut dicta Statuta vetustate consumpta rescribi faciant
modo & forma prout iacent per Franciscum de Cesis subditu
nostrum, soluta tamen sibi competente mercede Datum Za-
garoli die vltima Iulij M D LII.

Camillo Colonna.



Handwritten title or header at the top of the page, possibly including a date or location.

Main body of handwritten text, consisting of several lines of cursive script.



Continuation of handwritten text, appearing as faint cursive script across the lower half of the page.

Cum post lapsum primi hominis
 natura humana perdidit originalem Iustitiam
 cum qua creata ab Altissimo fuerat, effecta est prona ad malum
 atque ad noxios appetitus declina; propter quod malitia ho-
 minum valde excrevit, et necesse fuit ijs legem imponere
 non solum ad appetitus reprobos compescendos, verum etiam
 ut esset ijs norma viuendi in actibus, et negotijs astrinsecus
 peragendis, et cum natura nouas semper quærat promere for-
 mas, ad illas moderandas, et ad nouas hominum versutias com-
 primendas licet plures emanauerint leges à diuersis aucto-
 ribus condite, ut à Moysi, Phoroneo, Solone, et alijs. Lex ta-
 men ciuili Romanorum inualuit, quæ ferè ab omnibus custo-
 ditur, in qua cum sit fuerint ex parte postmodum diuersorū
 Doctorum sententiæ, atq; enigmata, atq; anfractus iudiciorū
 atq; procuratorum calumniæ, non possunt causa contingen-
 tis absque maximo sumptu, et defatigatione mortalium,
 Longissimo temporis interuallo terminari, ut non ab hac litiga-
 tis à consequendo eorum Jure desperentur. Sum ex ijs sicuti qd
 quælibet Prouincia abundat in suo sensu, usus inoleuit, ut
 unumquodque municipium anxie procurauerit de assensu do-
 minorum suorum leges sibi municipales imponere, quæ Sta-
 tuta nuncupantur: Per quæ in negotijs forensibus peragen-
 dis opportunè prouidetur, ut absque multo sumptu, et temporis
 iactura, et peritorum consilio sola inspectione Statutorum
 Municipales rectè possint gubernari. Diuina quædam inuen-
 tio, ac Diuini quoque sunt Principes, qui sub huiusmodi
 Legibus, atque Statutis decernunt suos subditos regi, ad qd
 animaduertens Ill. Dnus Petrus franciscus Columna, &



quod Statuta sui amoenissimi Catri Zagarliti vetustate
 & consumpta, reformatione indigerent, propter multos ca-
 sus contingentes in ijs obmissos, iussit illa reformari, hoc
 etiam exhortantibus, atque supplicantibus ipsius Catri
 egregijs Ioanne Colutij, Stephano Pansarone, ac Ioanne
 Venantia Massarijs. Unde congregato propterea populo Za-
 garlitano, per ipsius populi suffragia, electi fuerunt sex
 egregij viri Minicus Bonafides, Iacobus Ferrus, Cipria-
 nus Collacchio, Baptista de Carusio, Iacobus Grassellus, &
 Antonellus Ferrus; qui una cum Massarijs, illa reformaret
 qui additis multis, resecatis superfluis in presentem for-
 mam redegerunt; Enimvero negotium commendatione dignum
 Accipite ergo illa viri Zagarlitani, et pro tanto munere
 gratias Altissimo agite, quia accedit ad felicitatem sub
 iusta lege vivere, ac etiam vestro Illmo Domino, et quan-
 doque memores sitis Vestrj Vicarij Pyrrhi Carboy Franen,
 qui pro ingenio sui viribus, omnem eius operam im-
 pendit, ut exacte hoc opus perficeretur.

Explicit Prologus.

Incipit Primum Statutum

4

De summa Trinitate & fide Catholica
Rca. Prima.

Decet Christianos, ut fidem, quam corde credunt, illam etiam
lingua fateantur, et propterea dicimus, quod nos in vnum,
Deum Patrem omnipotentem firmiter credimus, et simplici-
ter confitemur, eiusque vnigenitum filium Iesum Christum
ex Maria Virgine Incarnatum, et in Spiritum sanctum, ex
Patre, et filio procedentem; Sanctamque fidem Catholicam, cum
omnibus suis articulis confitemur. Contrarium vero credentes
& ab ea deuiantes, legalibus subiaceant poenis.

De Sacrosanctis Ecclesijs
Rca. Secunda.

Quoniam exemplo Redemptoris nostri monemur, qui
eiecit ementes, et vendentes de templo, Ecclesias locaque Deo di-
cata patere tantummodo debere ad orationes Deo omnipotenti
persoluendas, diuinamque officium concinendum, et minime
ad alios usus profanos; Capropter statuimus, quod de cetero
in Ecclesijs non liceat choreas ducere, nec facere conuiuia
aut emptiones, et venditiones in eis celebrare, uel contrac-
tus, cuiuscumque generis, nisi essent contractus ad ipsas Ec-
clesias spectantes, uel quouis alio modo respicerent causam
piam, uel spiritualitatem, uel procerus profanos in eis fa-
briare, & sententias ferre, et multominus in ipsis, uel



Limnibus ipsarum (quod nefas est dicere) ludere ad ludus
aleæ, scilicet capillorum, et cartarum, vel alterius cuius-
cumque generis ludi fortune subiecti. Si quis contrafecerit
ultra poenas à Canone, et Diuinalibus Constitutionibus impo-
sitas, volumus illos poena quinquaginta solidorum quotiens
contrafecerint, esse feriendos.

De citationibus & de termino dando in confessis.
R^{ca} Tertia.

Quoniam citatio principium, et fundamentum iudicij esse
dignoscitur, adeo ut ea obmissa, vel non legitime facta,
iura utriusque censuræ processum superinde fabricatum, nul-
lius roboris esse decreuerunt, Et propter in citationibus sub-
scriptum ordinem seruari decernimus; quod quisquis agere
intendens suum aduersarium per Mandatarium Curie Stu-
deat personaliter citare vnica tantum citatione, si persona-
liter reperiri contigerit, sin minus ad domum suæ solite
habitationis tribus continuatis diebus, uel interpellatis, ad
arbitrium ipsius actus, qui citatus quandocumque, com-
paruerit in istis tribus diebus eidem ad comparandum con-
cessis, confessus fuerit debitum, et paratus est soluere, cre-
ditori debitum realiter, et cum effectu, volumus quod isto
casu reus ad expensas reuocaturæ minimè teneatur, nec
Vicarius illam consequi neque à reo, neque ab actore, debeat
sed si comparando confessus fuerit debitum, et petierit dilationem
ad soluendum, volumus dilationem esse concedendam infra pro
modo videlicet quod si debitum ascenderit ad summam unius
aurei

6

aurei, aut infra, terminus ad solvendum Statutus intelligat.
dierum decem, à die confessionis, ab aureo uero supra usque ad
quatuor ducatos, gaudeat dilatione dierum viginti, à quatuor
uero ducatis usque ad decem ducatos terminus unius mensis
indultus intelligatur, à decem uero ducatis supra terminum
uolumus esse, arbitrium, arbitrio nostri Illustrissimi Dni,
qui qualitate personarum pensata, Statuet quod sibi consonum
esse uidebitur, et isto casu volumus reum tenere ad de-
bitum persolvendum, ultra expensas reinuestituræ.

De reo citato, et non comparente
R^{ca}. Quarta.

Si reus citatus personaliter primo die post citationem hora
qua Curia per Vicarium regitur eidem per actorem contuma-
cia inexcusatur describenda per Vicarium in eius actis, habitare-
latione mandatarij de citatione personaliter facta et primo
die fiat executio in bonis contumacis personaliter citati pro
quantitate debiti declarati per actorem, et postmodum per tres
dies immediate sequentes pignus exponatur in subhastatio-
nibus ad uendendum, et plus offerenti liberetur pro quantitate
debiti, et expensis in causa factis, et pignora capiantur ad
electionem creditoris, et hoc in odium contumacis personaliter
citati, qui nulla potest se excusatione, quare non compa-
ruerit excusare. At si reus non fuerit personaliter citatus,
sed ad domum sue solite habitationis, Statuimus quod si
non comparuerit in primo, secundo, et tertio peremptorio ter-
mino citationis eidem per actorem tertio die contumacia,

incusetur describenda in actis Vicarij, relatione mandatarij,
 prehabita, ut superius dictum est, et nihilominus volumus
 eundem tertio die, quo contumacia exstitit incusata, citari
 pro sequenti die ad comparandum, et allegandum quartum Stan-
 tum ipsius citati contumacia, non sit procedendum ad pigno-
 ris captionem, et comparens audiatur super petitione ac-
 toris, resectis tamen prius actori expensis, qui si debitum con-
 fitebitur, et paratus est solvere, vel petierit terminum ad sol-
 uendum, seruetur ordo precedentis Statuti, si vero negauerit
 providatur per Vicarium ad dationem termini utrique parti ad
 probandum de Juribus suis, et publicato, ac concluso proces-
 su, procedatur ad decisionem ipsius iuxta menta probatorum
 Deum pre oculis habendo, Verumtamen si taliter contumax
 non comparuerit, sed in eius contumacia perseuerauerit,
 capiantur pignora ad electionem actoris pro mensura debiti
 declarati, et humanitati subgerenti iterum citetur ad videndum
 prefixionem termini sibi per curiam prefigendi, ad soluendum
 pignus, qui si non comparuerit, detur terminus decem dierum
 ad soluendum pignus, quo elapso sit in facultate Creditoris
 si voluerit pignus pro se estimari facere, quo casu eligantur
 tres pro bi viri, unus per actorem, alter pro reo, et tertius pro
 Curia, qui medio Juramento estimari debeant pignus, quod si
 pluri fuerit, quam sit debitum, illud pluri satis faciat actor
 reo, si minori, iterum fiat executio in bonis rei, quousque
 fuerit actori satisfactum, At si actor noluerit pignus pro se
 tunc exponatur per tres dies in subhastationibus, et plus
 offerenti liberetur, sed si reus adesse voluerit in estimatio-
 ne pignoris dum actor voluerit pro se pignus captum, eli-
 gatur

8

gatur vnus ex Mannarijs Castri Zagardi, qui pro tempore fuerint per Vicarium ipsius castri, qui loco rei, delato sibi prius Juramento quod fideliter si geret in estimatione fienda de pignori, procedatur postmodum ad estimationem capti pignoris, et assignationem, ut superius dictum est, sed si reus citatus ad videndum prefixionem termini comparuerit, et voluerit audiri in causa principali, non audiatur etiam resectis prius expensis; declarantur quod si peruersus fuerit tenor prout Statuti in quavis eius parte, de coetero, omne totum, quod factum fuerit, irritum sit, et inane.

De absentia Citatorum.

R^{ca}. Quinta.

Et quoniam contingit frequenter citatos fore absentes pro suis negotijs peragendis, nec citatio ad ipsorum notitiam peruenit potest satis indecens esse si sic citatis de aliqua competenti dilatione non prouideretur; et propterea Statuimus, quod tali casu comparens aliquis ex coniunctis citati medio Juramento credatur de ipsius citati absentia, qui sub eodem Juramento declarare debeat per quot dietas citatus abest, et si fuerit absens per quatuor dietas, expectetur per duodecim dies, cuiuslibet dietae tribuendo dilationem trium dierum, si vero ultra quatuor dietas non expectetur ultra duodecim dies, qui non comparens procedatur in causa in sui contumacia, imputetur enim sibi quare non reliquerit procuratorem, si per tot tempus erat abfuturus, si vero absens non fuerit ita in remotis, satis

superque potest certiorari in supra scripta dilatione trium dierum pro qualibet die de lite mota, et oportunè providere. Verumtamen in casu, quo contra absentem procedit in contumacia, et aliquis ex eius consanguineis, et propinquis comparuerit, et suscipere voluerit defensionem cause absentis consanguinei, prestata cautione de rato, illum audiri iubemus, et quod potuit defendere causam ipsam usque in finem litis inclusivè, nec liceat unquam principali quancumque reversus fuerit, acta & iudicata infringere, sed quod iudicatum fuerit contra absentem, exequatur super eius bonis, reseruata facultate absentis principali reuerso habendi regressum contra eius consanguineum et eius bona, ex quo de lite obtulit pro quocumque interesse quod pretendere posset passum fuisse ex sui comparitione in causa, et agitatione ipsius.

De citatis pro seruitijs personalibus
eis prestitis.

Rca. Sexta. &.

Quoniam contingere solet ut in fine temporis mercenarij, postquam suis dominis in seruiuerint, dum sperant mercedem laborum suorum consequi ab eorum dominis calumniantur, et solutio eis debita procrastinatur, et protrahitur sub preceptu alicuius damni culpa famulorum facti, uel quod amiserint tot dietas, et ijs similia. Unde huiusmodi cauillationibus obuiare cupientes, statuimus quod quancumque citati super huiusmodi seruitijs habitis

comparuerint, et confessi fuerint operas, et seruitium eis
 prestitum, per famulum, adeo ut de hoc nulla sit controuer-
 sia, sed solummodo petitur excomputatio alicuius damni
 passi, vel dietarum amissarum, et ijs similia, nec famulus
 premissa uera esse fatetur. Volumus quod Vicarius Vagaboli
 tali casu Juris remedijs opportunis cogat dnum ad soluendu
 famulo mercedem. Statim, et incontinenti, nisi dominus
 docere potuerit spatio unius diei de Juribus suis, quo casu
 volumus supersedendum fore in tali exactione, ex quo de
 liquido ad liquidum potest fieri compensatio: Die uero
 elapso, cogatur ad soluendum, et pro eius cautela famulus
 prestare debeat cautionem domino de stando Juri, et Judi-
 cato soluendo, et in defectum fideiussionis, debeat deponere
 tot ex pecunijs habitis a domino, quantum ascendat ad
 summam petitam per dominum, et hoc si pecunijs receptis
 sufficiant, alias ultra famulus deponere non teneatur, et
 premissis peractis, prosequatur in causa, et fiat quod Juris
 fuerit, statuto prius domino terminum ad probandum de
 Juribus suis

Qualiter procedatur in causis alimentorū
 R^{ca} Septima.

Quoniam negari alimenta est necari, et ubi maius
 vertitur periculum, ibi cautius est agendum, eapropter sta-
 tuimus, quod in causis alimentorum, si ipsa petantur
 per pupillos, viduas, et alias miserabiles personas, uel et
 non miserabiles, dummodo debeantur ex quavis legitima

dispositione, quod si debitor alimentorum citari non potest personaliter, citari debeat vnica tantum citacione ad domum suam solite habitationis, qui si non comparuerit, Vicarius Yagarioli constituto sibi summarie se intencionem alimenta petentis, prouideat quod alimenta prestentur dietim, ne cui debentur, fame pereat, et idem etiam fiat citato comparenti, et differente, per obiectionem exceptionum deueniri ad merita causas, qua prouisione facta, procedatur postmodum in causa ipsa ordinarie prout proceditur in ceteris causis ciuilibus, et ipsa sine debito terminetur, et si forsitan contigerit citatum sine absoluendo expensa prestante reficiantur, si ad ista facultas institutionis alias non, afflicto enim non est danda afflictio.

De debitoribus suspectis

Rca. Octaua.

Conuenit, ut unicuique Jus suum reddatur, et propterea dum allegantur debitoris suspecti de fuga, ad Vicariorum officium spectat se exhiberi promptus, et prouidere, ne creditor a suis debitoribus defraudentur, et deludantur. Unde statuimus quod quandocumque contigerit per creditorem suum debitorem allegari suspectum de fuga, quod imprimis creditor docere debeat de pretenso credito per publicam instrumentum, uel per priuatam scripturam, tunc fesse notata et subscriptam, uel per testes fidedignos, uel saltem per unum testem omni exceptione maiorem cum Iuramento ipsius creditoris, et hoc constituto, Vicarius debitorem allegatum suspectum capere.

capere. Studeat, et detineri faciat de persona, dummodo iuret etiam creditor, quod post contractum debitum debitor deteriorauerit eius conditionem, uel saltem quod de deterioratione peruenerit ad eius notitiam, alias promissis non precedentibus, volumus procedi posse ad detentionem personae, quo detento si prestiterit fideiuritionem de iudicio sisti, liberetur, sin minus, detineatur, donec satisfecerit, uel aliter se cum creditore concordauerit, et si quid aduersus debitum pretenderit, audiatur, et causam in viculis dicat per procuratorem, et quod procedi possit ad capturam debitoris suspecti, etiam die feriato in honorem Dei, secus autem in Ecclesia, et alio loco sacro, qui tamen debitor si non habuerit modum faciendi sibi expensas vietus, fiant expensae per creditorem, alias monitus à Vicario quod creditor subministrare debeat expensas, et id exequi non curauerit annotata huiusmodi monitione in actis, liberetur debitor, ne fame pereat. Verumtamen possidens bona stabilia, debitor uel mobilia pro quantitate debiti, non possit allegari suspectus, et si allegetur, nequequam procedatur, ne alicui fiat iniuria.

De debitoribus citatis de quorum debito
apparet per publicum instrumentum
Rca. Hona

Instrumenta publica manu Notariorum conscripta, in quibus apposita sunt Iuramenta, de Iure communi habent executionem paratam, cui dispositioni nos similiter

inhiere nty Statuimus, quòd si quis citatus fuerit pro de-
 bito, de quo appareat instrumentum publicum per manus
 publici Notarij Ap'lici vel Imperialis tantummodo con-
 fectum, et citatus iurauerit contenta in ipso instrum^{to}
 obseruare, comparendo in quouis peremptorio termino
 citationis, interrogetur super tenore instrumenti, qui si
 eius continentiam confitebitur, licet statim esset detinen-
 dus in carceribus, donec persoluerit, attamen volumus
 quòd statim fiat executio in bonis debitoris, et pignora
 capta statim similiter exponantur in subhastationibus
 ad vendendum per spatium trium dierum, uerumtamen
 in liberatione ipsorum pignorum. Volumus ^{fore} super seden-
 spatio decem dierum ad hoc ut debitor possit prouideri, et sol-
 uere quod tenetur, alias liberentur pignora, et de pretio ip-
 sorum creditori satisfiat de forti principali, et expensis in cau-
 sa factis. At si debitor non habuerit pignora pro satis-
 factione debiti, detineatur in carceribus, donec persolue-
 rit, vel aliter se cum creditore concordauerit, et quoniam
 debitor ratione Iuramenti per eum prestati, et non obseruati
 incidit in periurium, dicimus eundem ratione periurij,
 teneri soluere Cunio Zagardi Carlenum unum pro quod
ducatu, si uero in instrumento non fuerit iuramentum in-
 terpositum, procedatur tunc in causa instrumentali via
 ordinaria, et instrumentum producat in terminis pro-
 batorijs, et super eo feratur sententia, iuxta merita pro-
 cessus, cum sit quòd de Jure communi nouimus instru-
 menta non iurata, non habere executionem paratam, sed
 in eis proceditur via ordinaria.

De termino probatorio dando in causis
civilibus.

Regula Decima. Q.

Quoniam actor probare debet quod asseruerit, et reus etiam in suis exceptionibus dicitur actor, ea propter statuimus quod comparente reo citato per se, vel per eius legitimum procuratorem, et liti legitime contestata per verbum negatiuum, vel ignorantiae, detur per Curiam Vicarij Zagarioli, ad petitionem partium litigantium, seu alterius ipsarum, terminus ad probandum eis incumbens in causa, dierum octo, qui debeat esse communis, tam actori, quam reo, quo elapso publicetur in ipsa causa, nisi altera ex partibus petierit secundam dilationem, et allegauerit iustum impedimentum, quare in prima dilatione non probauerit, quod impedimentum pars allegans probare teneatur, et constiterit, quoniam Iuris est secundam dilationem, et tertiam esse concedendam, concedi iubemus vel octo alios dies, uel medietatem primi termini, quod relinquimus arbitrio Vicarij, de causa cognoscentis, quibus dilationibus elapsis publicetur, et detur terminus ad accipiendum copiam processus, et ad repellendos, et repulsandos testes, atque ad allegandum, prout Vicario uisum fuerit, qui pro qualitate causarum statuet quod iustum fuerit resuersionem dilationis superfluas, et subterfugia, iura enim summa exceptant imponere finem litibus.

De processu Iudicij in actionibus realib.
R^{ca}. Undecima.

Statuimus quod in causis realibus, ubi ab actore pro Jure, quod pretendit habere super aliqua domo vinea, terra culta, seu inculta, aut quocumque alio stabili, adversarium eius possessorem, seu detentorem citari fecerit, petendo rem istam, teneatur reus comparere si personaliter citatus fuerit in primo peremptorio si ad demum modo, et forma, ut superius est expressum quo comparente interrogetur super petitione actoris, qui si negaverit proponendo aliquas exceptiones, siue non detur utrique parti terminus octo dierum ad probandum et defendendum, delato eis prius Juramento calumnie, et de veritate dicenda, quo elapso, si actor probaverit eius intentionem, et reus in suis defensionibus confecerit, publicato processu, et dato reo terminum ad huc quatuor dierum ad allegandum, et in Jure demonstrandum quod actor probationibus factis non obstantibus, non debet mitti in possessionem rei petite, et illa sibi adjudicari, quibus elapsis, productis, aut non productis Jurium allegationibus, Vicarius per eius Sententiam determinet causam ipsam, et cogat reum Jure, et facti remedijs opportunis ad relaxandam rem petitam actori perceptionem pignorum, et detentionem personarum, et nihilominus mulcta etiam indicta invehiat actorem ad ipsius petitionem de ipsa re, et inductum manuteneat

et

et defendat, et mulctam indictam, si reus in aliquo per
 ipsius inductionem mulctæ contraxerit, exigat. Si
 vero reus citatus fuerit contumax, incusatis sibi con-
 tumacijs sequenti die actor in ipsius contumaciam mit-
 tatur in possessionem rei petite, et similiter in posses-
 sione ipsius manuteneatur, et faciat fructus suos. Ve-
 rumtamen si reus infra quindecim dierum spatium
 à die missionis in possessionem comparuerit, et do-
 cere voluerit de Juribus suis, relictis actori sumptibus
 audiatur, sed non reuocentur. Idonee in causa fuerit ple-
 nè cognitum, et iudicatum, et tunc relictis realiter ex-
 pensis, actor teneatur dare ealem qualem petitionem fac-
 ti seriem continentem, super qua reus possit se defen-
 dere, et processus agitari, qui principium iustitiæ me-
 dia decidetur iuxta merita probatorum, et si constiterit
 de Juribus rei, omnia restituantur in pristinum condem-
 nato actori in expensis litis, si de eis reus fuerit in proces-
 su prestatatus. ¶ actitata.

Quòd victus victori in causis condem-
 netur in expensis.

§. ca. Duodma

Alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri, et
 propterea statuimus, quòd si quis indebitè aliquem
 traxerit in iudicium, vel qui citatus ad Curiam non fue-
 rit veritus causam iniustam tueri, utroque casu volu-
 mus victum semper teneri victori ad expensas litis re-
 sciendas, commonentes Vicarios Zagawli, quòd in

eorum sententijs debeant victis victimibus in expen-
 sis condemnari si illae fuerint petite, uel de eis pro-
 testatum, uel si suberit iusta causa absolueri quod
 absoluant, faciendo tamen mentionem in sententia
 qua de causa partem victam ab expensis absoluerint
 alia enim Vicarius si non condemnauerit, uel iniu-
 ste absoluerit, teneatur resarcire parti lese de suo in
 iudicatu.

Quod cartularijs mercatorum seu eorum
 libris fides non adhibeatur.

§. ca. Decimatercia.

De Jure diuino, naturali, et posituo est introductum,
 ut nemo in causa propria sit Iudex, nec testis, et propterea
 satis graue est, quod libris mercatorum altera parte,
 reluctanti, et contradicente credatur in fauorem ipsorum
 mercatorum, et potissime in magna summa. Unde sta-
 tuimus, quod dictis libris non adhibeatur fides, nisi
 in modica summa considerata etiam qualitate merca-
 torum, et qualitate librorum, scilicet ut contineant
 diem, mensem, et annum rerum habitarum, ac etiam
 data hinc inde, et recepta, alias libri non sic rite con-
 scripti nullius sint roboris, et momenti, etiam in mo-
 dica summa, quam modicam summam iuxta Juris
 communis dispositionem interpretandam esse decerni-
 mus, quam censemus esse carlenorum viginti, et sic sta-
 tuimus.

De citato comparenti, et actore contumaci.

Rea. Decimaquarta.

Statuimus, quod si quis citari fecerit aliquem in iudicio, et citatus comparuerit, actor vero minime, nec aliqua alia legitima persona pro actore, si reus voluerit inculpate possit contumaciam actori, qui in poenam sue contumacie quantumcumque iustam foueret causam per decem dies immediatim sequentes post contumaciam inculpata, conuenire non possit dictum reum citatum ex quavis alia causa civili tamen, et si conuenierit reus comparere non teneatur, et quicumque processus isto medio tempore decem dierum ipso iure factus sit nullus et reus accusando contumaciam actori solvere debeat pro inculpatione contumacie vicario duplum eius, quod aliam pro contumacia soluetur.

De delatione Juramenti in certis causis

Rea. Decimaquinta.

Statuimus, quod si questio fuerit coram Vicario intentata à solidis quinquaginta infra, et etiam pro dicta summa, ut sit litium finis, si actor petierit à Vicario quod deferatur sacramentum reo, an sit debitor suus in dicta summa, necne, quod vicarius illud reo deferre debeat, et si reus recusauerit, et actor paratus est jurare quod actori deferatur, et reo contradicente, cum illud

manifestam lupitudinem contineat nosse. *juramentum non deferri.*

De termino dotis restituendae.

Rca. Decima sexta.

Statuimus, quod si matrimonium solvatur morte viri, mulier possit recipere dotem suam statim, et mobilia infra tres menses à die soluti matrimonii, quae non reperiuntur, sed quae reperiuntur statim restituantur, si sit imob.

De uxore alicuius testari volente.

Rca. Decima septima.

Statuimus, et ordinamus quod si uxor alicuius testari voluerit, seu quavis alia persona, et maritus, seu quivis alius ipsam mulierem testari prohibuerit, declinando illam, ut bona sibi per donationem, uel alium contractum donari fecerit, uel alteri talis donatio, et quicumque alius contractus nullius sit roboris, et momenti, sed dicta bona testari volenti sint, et devolvantur ad illos qui venient ab intestato ad successionem dictae mulieris si decesserit, si vero adhuc superstes fuerit, sit ipsius mulieris, attendens quod liberi esse debet testandi facultas; curia habita de promissis notitia, huiusmodi opportune, ut sublato metu, et impedimento mulier ipsa testari possit, et libere valeat.

De uxore consentienti obligationibus de
dote, et iuribus suis

Reca. 18.

Statuimus quod si uxor consenserit viro suo obliganti
bona sua dotalia, uel profrenalia, uel quomodocunque
ipsi uxori spectantia, uel ipsa mulier cum ipso obliga-
uerit, uel alienauerit, uel pro dotibus communium fili-
arum, uel in alios extraneos, quod factum est, ratum, et
firmum sit, nec possit quouis modo infringi.

Si quis rem communem cum fratre, uel alijs
propinquis habuerit, uel cum extraneis.

Reca. 19.

Reca. 19.

Statuimus, quod si quis rem communem cum fratre, uel
quocunque alio consanguineo, uel confinem, seu coniune-
tam, et vendiderit extraneo, possit frater, uel quouis ali-
us, qui habet rem communem, uel coniunctam, recupera-
re rem venditam ab emptore extraneo restituta sibi pretio
quo emit, et expensis in re ipsa factis, et hoc si infra an-
num petierit reuendi, quo elapso non audiatur. Ve-
rumtamen si per fratrem, uel consanguineum fuerit
facta alienatio rei communis, uel coniunctae in frau-
dem, ut venditor maius pretium consequatur, hoc con-
stito per legitimas probationes, presumptiones, et argumē-
ta, reducatur ad iustum pretium, adhibitis per Vicariū

21 ad instantiam consanguinei recedere volentis probris
viris ad optimandam rem ipsam, medio Juramento, et
idem seruetur in extraneis, qui habent rem coniuncta

Quando mulier donatione propter nup:
tias careat usufructu.

R^{ca} 20.

Indecem reputantis uxoris bona primi coniugis ob-
tinere priusquam ad secundas nuptias conuolauerit.
ideo statuimus, quod si mulier ad secunda vota
transierit filijs primi matrimonij superstites, qd
donatio propter nuptias sibi à primo viro collata
quoad proprietatem, et etiam usumfructum, ad dictos
filios reuertatur, alias donec vitam duxerit viduale
filijs superstites, gaudeat usufructu bonorum pre-
dictorum.

De dispositione rerum intestati.

R^{ca} 21.

Statuimus quod si pater, mater, vel quicuis alius
de linea ascendenti deceperit intestatus superstites
sibi filijs masculis, vel filiabus nepotibus, vel neptibus
vel alijs masculis, vel foeminis de linea descendenti, ad
filios, neptis, vel quaecunque foeminae superstites existen-
tibus masculis ad successionem ascendenti intestati pre-
defuncti nullatenus admittantur si solatce fuerint

sed sint suis dotibus contentæ, si uerò non fuerint do-
tatae, ius solummodo habeant super dictis bonis conse-
quendi dotes competentes secundum consuetudinem
castri Zagorli conditione personarum, et facultate pa-
trimonij, et iuribus hereditatis pensata, et in dictis
dotibus feminae ipsae succedant, nec ultra petere possint
neque valeant quocumque jure, titulo, siue causa, in
coeteris uero rebus hereditarijs succedant masculi fe-
minis exclusis.

Si autem dicta filia, femina uel uidua remanerent, li-
ceat eis quod possint redire ad habitandum ad domum
matris, uel fratrum, uel aliorum ascendentium, et ibi de-
beant fructibus earum dotium computatis per heredes
viri, quæ si decenerit intestata non superstitionibus filijs,
filiabus, nepotibus, aut neptibus succedant collatera-
les, scilicet carnalis consobrini usque ad primum gradum,
quibus deficientibus *Illm^{us} Dñus Zagorli loco ipsorum*
succedat.

De pactis, cessionibus, et donationibus
non ualituris.


R. ca. 22.

Ad tollendum fraudibus locum, statuimus, quod cessiones
donationes, resutationes, pacta de non petendo quæ à qui-
buscunque mulieribus, seu masculis imperfectæ ætatis ex-
istentibus, et uidijs fieri contingat, irrita sint, et nul-
lus effectus, & momenti, nisi cum curatore legitimo.

presentia ac auctoritate, solemnique decreto Judicis
ordinarij Castri Zagavli, alias Juramentum prestitum
presumatur fraude, et metu factum, et sit
irritum & nullum. 3

Liber Secundus.

Maleficiorum.



Proemium

Delictorum Impunitas fideles exanimat, et terribiliter armat malorum audaciam contra bonos, nisi opportunè per sancta Justitiæ mediâ occurratur: qua subtracta de seculo nil aliud, quam magna lubricitas, sunt regina, et sicuti bruta inciviliter mortales viveret et qui amore virtutis ad bene agendum non invitantur, saltem à noxijs formidine, poenæ retrahantur, et propterea de puniendis excelsibus, et delictis duximus in presenti libro fore tractandum.

Qualiter procedatur in maleficijs.

Rea. 2^o

Statuimus ut delicta debite puniantur, quod intendens Curia vicarij Zagareli procedere super delicto, pro quo venit imponenda poena corporis afflictiva, studeat Vicarius modis omnibus accusatum, vel inquisitum, aut denunciatum capi facere de persona, qui capto carceretur, et postmodum citetur, et procedatur contra eundem ad o-

et singulos actus gradatim usque ad sententiam, et ad
 ipsius executionem iuxta iuris formam, audito tamen
 reo in omnibus suis defensionibus, si uero reus se absten-
 tauerit, hunc Curia citari eum faciat per mandatarium
 ore tenus absque alia scriptura ad domum sive ha-
 bitationis ipsius delinquentis, quod comparere debeat
 infra terminum trium dierum ad informandam curiam
 super tali excessu, ut pretenditur per eum patris, uel ad
 respondendum accusationi contra eum instituta si fuerit
 a quopiam accusatus, qui si in dicto termino non com-
 paruerit, facta relatione per mandatarium eundem ci-
 tassetur, incusetur, et prima contumacia, nec non publice-
 tur per Palatium, ubi Curia Vicarij regitur, illum esse
 contumacem, et nihilominus denuo citetur, et expecte-
 tur per triiduum, qui si non comparuerit, similiter in-
 cusetur secunda contumacia, et publicetur contumax, nec
 non etiam procedatur ad descriptionem bonorum, et am-
 gnetur in depositum Camerario retinenda, donec compa-
 ruerit, et citetur tertia ultima, et peremptoria citacione
 ad comparendum infra terminum quingue dierum, qui-
 bus elapsis, si non comparuerit, incusetur sibi tertia, et
 ultima contumacia, et banniatur a territorio Zagaro-
 li, ac etiam diffidetur, et bona sint confiscata, et incor-
 porata in cameram Curie Zagari. Si pro tali delicto
 secundum formam presentium Statutorum bona delin-
 quentis confiscantur, si uero bona non confiscantur in-
 totum: intelligantur confiscata pro ea parte, ad quam
 si uere confensus fuisset condemnatus extitisset, pari-
 ficantur

ficantes huiusmodi factam confessionem resultantem
ex contumacia uera confessioni.

De reo citato comparenti.
Rca. 3a

Si uero citatus super quocumque maleficio, ubi poena
ultimi supplicij imponeretur, vel alia cuiusuis corporis afflic-
tione comparuerit, volumus quod talis reus comparenti
detineatur de persona, et sub tuta custodia carceretur mas-
culus sit, siue femina, et minimè relaxetur donec fuerit
super ipsa causa plenè cognitum, et iudicatum, verùtamen
dum detinetur femina in carceribus, decernimus pro ho-
nore sexus muliebris, si vnus ex suis consanguineis cum
ipsa muliere assistere voluerit, quod possit ad eius libi-
tum donec causa fuerit decisa: At si causa fuerit crimina-
lis pecuniaria super qua reus citatus comparuerit, de-
cernimus tali casu ipsum fore relaxandum, si fideiusso-
riam cautionem prestiterit de soluendo poenam pro tali
excessu à statuto impositam, ac de se presentando to-
tiens quotiens fuerit pro tali causa requisitus, nec non
et de non offendendo partem offensam, vel aliter illam
de interenti, quod pretendere posset, cautelando, nec
possentio immobilium excusare debeat reum à presta-
tione presentis fideiussionis, alias enim dictis fideius-
sionibus non prestitis, detineatur donec prestiterit, uel
de causa fuerit cognitum, et iudicatum.

Quando et in quibus casibus procedi debeat
per inquisitionem.

Rca. 4^a.

Ad tollendum omne in futurum dubium, quod oriri
posset An, et quando, et quibus casibus procedi possit per
inquisitionem, Statuimus, quod Curia Zagarij procedere
possit in omnibus casibus per inquisitionem ubi veniret
imponenda poena mortis, et corporis afflictiva, quantum-
cunque minima, præterquam in crimine adulterij, et in-
cestus, et demum ubicunque tractaretur de honore mu-
lierum, in quibus casibus volumus procedi debere tantum-
modo per accusationem, in alijs causis criminalibus, ubi
imponitur poena pecuniaria fito applicanda Volumus
procedi posse per inquisitionem, nisi in causis damnorum
datorum.

De accusationibus, et qui ad accu-
sandum admittantur.

Rca. 5^a.

Statuimus veteri Juris prudentia inherentes quod
accusator sciat se teneri poena Senatusconsulti Sur-
pilianæ, et Sationis, si suam accusationem non proba-
verit, ad quam inscribere omnino se debeat, et ad P^osi-
renuerit, opportunis Juris remedijs cogatur, ne iudicia
deludantur; si uero accusatori exceptio aliqua fuerit
obiecta, que suam personam si probaretur repelleret à
Judicio

Judicio, dum suam, suorumque iniuriam prosequatur
nolumus obstare, nisi enet excommunicationis, alia
verò relinquimus obiectionem exceptionis dispositioni
Juris communis.

28

In quibus casibus accusati comparere
possunt per procuratorem.
Rca. Sexta.

Accusatus de quocunque delicto ubi venit imponenda
poena corporis afflictiva, citatus comparere teneatur
personaliter ad respondendum accusationi, siue inqui-
sitioni contra eum formatae, nec aliquo modo in casibus
predictis se defendere possit per procuratorem in quavis
parte Judicij, vel in quibusvis preparatorijs causis,
et Judicij, at in causis pecuniarijs procurator prestata
cautione de Judicatis solvendo, admittatur etiam ante
litis contestationem.

De testibus in causis Criminalibus
recipiendis.
Rca. 7^a.

Testes ultra denarium numerum super accusatione pro-
banda non recipiantur, qui examinari debeant per accu-
satores tempore instituta accusationis; postea verò ad
alios testes producendos nullatenus audiatur, sed bene
possit Judex illos examinare etiam post publicatum

in causa, ne maleficia per collusionem occultentur.
Reo uero licetate quoadocumque ante sententiam de eius
innocentia probare ex officio.

De maledictione Omnipotentis Dei, et
Sanctorum eius.

Rca. 8^a.

Quoniam propter blasphemias venit ira Dei in filios
diffidentiae, et hinc fames, pestis, et terremotus, ea propter
volentes in quantum possumus providere, ne huiusmodi
excessus fiant, et si fieri contigerit non pertranseant in-
ulti. Statuimus, quod si quis blasphemauerit omnipo-
tentem Deum Dnum nostrum Iesum Christum Cruci-
fixum Spiritum Sanctum, Sanctissimam, ac indiuiduam
Trinitatem pro qualibet vice, qui taliter blasphemare,
aut maledicere presumpserit, poena viginti carlenorum
puniatur. Qui uero gloriosam Virginem Mariam Mrem
Dni Iesu Christi sub quouis nomine blasphemauerit
vel maledixerit, eadem poena feriat. At qui Sanctus
Dei Angelus blasphemauerit, vel maledixerit quouis modo
ac Sanctum Joannem Baptistam, duodecim carlenorum
poena muldetur. Maledicentis uero ceteros Sanctos Sanc-
tasque Dei, octo carlenos Curiae Zagawli vice, qualibet com-
ponant, declarantis quod appellatione blasphemiae, et
maledictionis intelligatur si quis vulgari sermone dixe-
rit Maledetto sia Dio, uel auferendo omnipotentiam
Deo. Si uero aliter nomen omnipotentis Dei, et Dni Iesu

Iesu

30

Jesu Christi, ac sanctissimo, Trinitatis, et Gloriosissi-
me, Mariæ, inuerecundè attumpserit utputa dicens
Potta di Dio, e di Christo, et ijs similia puniatur in car-
ceris decem. Volentes, quod unicuique de populo liceat
at blasphemantem accusare, ex quo de Jure crimen est
publicum, et quod etiam proceci possit per inquisitio-
nem. Addentes quod accusatores si probata fuerit eorum
accusatio, habeant medietatem poenæ, et quod accusato-
ribus super hoc deputandis creatur eorum accusationi
iunctis aliquibus adminiculis, utputa si allegauerint
causam quare blasphemantes ad blasphemandum moti
fuerint, et in quo loco, et ijs similia, et hoc in detur-
tationem tanti sceleris. Alijs uero accusatoribus non de-
putatis tantam fidem adhiberi nolumus, sed teneantur
legitimè probare eorum accusationem, ad quam poe-
nam volumus etiam teneri forenses, qui in castro Zaga-
rosi blasphemauerint, in quorum potestate esse volu-
mus, aut soluere poenam in pnti Statuto contentam,
uel poenam pro huiusmodi excessu impositam in loco
eorum domicilij, de qua fidem legitimam facere tenean-
tur infra terminum octo dierum à die condemnationis, et
hinc prestita idonea cautione in hac Curia Zagarosi rela-
pentur etiam attentis quod in multis casibus de Jure iusti-
tati parcatur, quod si extra moenia Zagarosi rursus fue-
rit per quempiam blasphematum, teneatur blasphemans
ad medietatem poenæ, pro qualitate blasphemie, in pnti
Statuto contenta, et in omni euentu, qui non habet in-
arè luat in corpus arbitrio Illmⁱ domini Zagarosi. Et de-
clarantes. /

De poena inferentis iniuriam imagini Dñi Stri
 Jesu Christi, et Sanctorum eius
 Rca. Nona.

Redemptoris nostri sacrosanctam imaginem, ad quam
 summus artifex humanam fecit creaturam, volentes
 à cunctis hominibus, ut mereatur, dignis cultibus, et lau-
 dum preconijs venerari, statuimus quòd si quis ad tan-
 tam furvis audaciam deuenerit, quòd percutere cau-
 sus fuerit imaginem Dñi Stri Jesu Christi, aut Gloriosis-
 simae Mariae Virginis nostrae Dominae, et Advocatae,
 vel intulerit aliam iniuriam, ut puta faciendo sicum,
 uel conspuendo, uel similia tangendo imaginem punia-
 tur poena duorum tractuum chordae, eadem etiam poe-
 na plectendos fore decernimus, qui imaginibus sanc-
 torum, Sanctarumq; Omnipotentis Dei similes intulerit
 iniurias, et quamuis inter Deum, et Sanctos dispar sit
 ratio, nec comparatio conueniat, pij tamen Redemptoris
 nostri auctoritate monemur ad sic statuendum Matth.
 xv. c. dicentis quod vni fecistis de meis fratribus minimis
 mihi fecistis.

De poena operantium diebus festi-
 uis, et feriatis in honorem Dei.
 Rca. Decima.

Cum sit quòd feriae sint de Jure diuino, et in praecep-
 tis Decalogi comprehensae, et tenemur illos dies sancti-
 ficare, satis superque censemus esse indecens, ut si ora-
 tionibus

tionibus & diuinis vacare omnino non possumus, quod
 saltem ab operibus abstinere nos debeamus, et propterea
 statuimus, quod diebus Dominicis, et in festiuitatibus
 Natalis Domini nostri Iesu Christi, et Pasche Resurrec-
 tionis, Penthecostes, Ascensionis Domini, Sanctissime Tri-
 nitatis, Corporis Christi nemo audeat dictis diebus ope-
 rari quouis modo tam intus, quam extra Castrum Toga-
 roli tam cum mercede, quam sine, nisi in casibus à Jure
 permistis, nec etiam facere panem, cum quilibet scit, et
 scire debet festiuitates ipsas, et prouenire necessitati. Si
 quis uero contrafecerit, soluat vice qualibet nomine
 poena carlenos quinque, si quis uero operatus fuerit
 in festiuitatibus gloriose Marie Semper Virginis Vi-
 delicet in festiuitate Natiuitatis, Annunciationis, Pu-
 rificationis, Conceptionis, et Assumptionis ipsius, necnon
 in festiuitate Apparitionis Sancti Michaelis Archan-
 geli, et dedicatione sua Basilice, ac in festiuitate Scti Jo-
 annis Baptistae, ac Scti Laurentij huius Castrum Tugaroli
 Patroni, poena carlenorum trium quotiens contrafecerit
 mulctetur; pro festiuitatibus uero ceterorum Sanctorum,
 quorum natalitia Sacrosancta Romana Ecclesia duxerit
 veneranda, soluat qualibet vice contrafecerit carlenos
 duos; Declarantes, quod si quis operatus fuerit tempore
 metuum, et vindemiarum in festiuitatibus, quae eodem
 tempore occurrunt, quod fieri non concedimus, cum metuum
 non sit, operantis tamen eo tempore peractis in mane di-
 uinis nulli poens, volumus fore obnoxium, et si panem
 fecerint, extraxerintq; frumentum à puteo, et duxerint

ad molam. Ad dentis insuper quod causa vendendi frumentum exteris, si exhaetum fuerit frumentum e puteo diebus festiuis peractis diuinis, exhaetentis nullis subiacent poenis.

De poena committentium homicidium
appensate.
Rca. xi^a.

Virorum sanguinum, qui creaturam humanam ad imaginem Dei factam, hostis antiqui dolosa versutia circumducti non verentur exstinguere cupientes in quantum potius scelus ad aciam refranare, statuimus, quod si quis dolose, et appensate commiserit homicidium, statim hominem interficiendo, vel inferendo illi vulnera lethalia, ex quibus postmodum moriturus subsecuta, et hoc legitime iudici, de causa cognoscenti constiterit, videlicet per informationem, deuenitque Deus homicida in fortiam curia Zagawli, puniatur talis homicida poena ultimi supplicij, si uero dictus homicida auferit, premissis legitimis citationibus iuxta formam a nobis superius traditam, ac incusatis contumacijs non comparendo, bona ipsius homicida sint pro medietate incorporata in fiscum, seu Curiam Illmⁱ Domini Zagawli. Verumtamen ne bona barretentur, statuimus quod Vicarius habita noticia homicidij commissi, et fuga delinquentis, procedat ad annotationem bonorum mobilium et immobilium, omniumque iurium, et actionum homicidæ

et

et que deponi possunt, deponantur, et cetera sequestrentur donec homicida, aut comparuerit, aut factus fuerit contumax, illis tamen remanentibus dotibus uxorum homicidarum, dummodo de his dotibus statim fiat plena probatio per instrumentum publicum, aut per testes omni exceptione maiores, et si quis presumpserit in detrimentum Curie quouis colore occultare bona, et res homicida, et Curie non reuelauerit infra triennium postquam homicida fuerit bannitus, ultra restitutionem rerum occultarum poena quadruplicis quod occultauit puniatur. Dolositas et appensatio patratu homicidio semper adfuisse presumatur, cum sit homicidium de genere prohibitorium, nisi homicida se defendendo dolum, et temeritatem abfuisse probauerit. Declarantes quod ad postulationem interesse pretendendum, teneatur Curia Zagambli venire ad diuisionem bonorum homicide contumacis, et capere medietatem ipsi Curie spectantem, et reliqua dimittere possidenda filiis, aut alijs coniunctis homicide, ad quos de Jure deuoluuntur, nulla mora in hoc interiecta in casibus contumacis, qui homicida si postmodum interuenerit in fortiam Curie Zagambli, sit in facultate Curie predictae habita pace ab heredi bus interfecti, vel puniri ipsum poena ultimi supplicij, uel remittere, uel commutare, poenam corporalem, et restituere in patriam.

De poena homicidij in rixa commissi

Rea Xij.^a

Quoniam differt impetus, et calor iracundie à dolo

conueniens est, ut etiam differat poena vnius delicti ab alia, et propterea statuimus, quod si quis hominem occiderit dum rixam habuerit cum aliquo puniatur poena ducatorum centum, et Ill^{us} Dominus Zagambli non possit sub preceptu cuiusvis cause alterare poenam istam, et quando cunque habuerit pacem ab heredibus occisi, teneatur, sicque debeat facere Ill^{us} Dominus predictus esse hunc homicidam ad patriam, atque ad bona excepta poena quae sit, et esse debeat Curia, scilicet ducatorum centum.

De poena homicidij casualiter
commis^{si}.

Ca^{sa} Xij

Quia ubi nulla culpa casum procedit, ibi nulla poena vindicat sibi locum, ideo statuimus, quod si de aliqua domo, vel aliquo alio loco ceciderit lapis, tegula, seu lignum aliquod, etiam si ibi essent magistri constructores vel cooperientes domum, vel aliquod alium edificium, si apposuerint magistri ipsi signa scilicet trabes, per quae sum se extendit edificium, ad denotandum ut quilibet illac transire non debeant, sed precauere à casu, quod euenire possit, et nihilominus signis apposis non obstantibus, qui inde transire ausus temere fuerit, si casus euenierit, quod à tegula, lapide, aut ligno inde quouis modo proiec^{to} offensus fuerit, vel etiam occisus, quod est quid illi imputandum sit, nolumus magistros, aut alios operarios ad aliquam poenam nec dominum domus,

nec domum ipsam teneri, si vero culpa casum precenserit
puniriendum fore, decernimus culposum pro qualitate cul-
pe iuxta subsequens Statutum.

De homicidio culpa commisso.

Rca. XLV.

Quamvis enim lata culpa dolo equiparetur, tamen
ubi tractaretur de imponendo poenam mortis Nequaquam
de jure procedit equiparatio ipsa. Et propterea volumus
quod nullum homicidium puniatur poena mortis natu-
ralis, nisi dolose fuerit commissum. Si vero homicidium
fuerit lata culpa commissum, volumus culposum poena
extraordinaria arbitrio Momi Dni Hosti puniri etiam cor-
poraliter exclusa morte; At si homicidium culpa leui pa-
ratum fuerit, homicida talis poena ducatorum quin-
quaginta Curiae Zagari applicandorum puniatur; Si
vero quis culpa sui leuissima quempiam occiderit, vi-
ginti quinque ducatorum poena, ut supra applicandorum
muletetur. Lata enim culpa est facere ea, quae quilibet
ignarus, et supinus considerasset, et non fecisset. Le-
uis vero culpa est facere aliquid quod diligens paterfami-
lias non fecisset. Leuissima vero culpa est facere, vel
omittere ea, quae diligentissimus, et exquisitissimus pater-
familias non fecisset, vel omisisset.

De homicidio commisso ad sui defensionem, et de
specie in defendendo.

Rca. XLVI.

Cum à natura unicuique animali etiam ratione caren-
 ti insitum sit procurare modis omnibus conseruationem
 sui indiuidui, et multo magis id conuenit rationi
 creature. Eapropter decernimus, atque statuimus,
 quod si quis ad defensionem sui ipsius, filiorumq[ue]
 suorum, et aliarum personarum, et rerum suarum,
 in casibus, in quibus de Jure permessa sit defensio, et
 violentia, atque iniuria, propulsatio quempiam læ-
 serit vel occiderit, vel aliter euadere non poterat nulli
 poena volumus fore obnoxium, nisi quatenus con-
 staret ex ceteris modum inculpatae tutelae, quo casu
 puniatur poena pecuniaria, scilicet ducatorum vi-
 gintiquinque habita pace ab heredibus occisi, sed si
 ex ceteris inculpatae tutelae fuerit conuocatis consan-
 guineis, vel alijs coniunctis, uel amicis studiose, uel
 à casu concurrentibus ad tumultum, seu rumorem,
 tunc volumus puniri si mors excedendo tutelam in-
 culpatam interuenerit, poena corporali, quam redi-
 mere possit soluendo Curie Zagawli ducatus centum
 parte concordata ut superius est expressum in homi-
 cidio in ripa commisso.

De poena necantis cum toxico, aut
 quouis alio veneno.

Rea. XVI.

Quoniam grauius est hominem veneno exstinguere,
 quam gladio interimere, ideo statuimus, quod
 si

si quis aliquem venenauerit, et inde mors fuerit se-
 cuta ultimi supplicij poena feriatur, et bona delin-
 quentis ipso Jure deuoluta esse intelligantur in
 Cameram Curie Zagoroli, sed si venenatus non occubu-
 erit, transmittatur qui venenum dedit ad seruitium
 hircemium ad tempus, vel ad carceres validos arbitrio
 Illmi Domini Zagoroli secundum qualitatem per-
 sonarum si vir venenans fuerit, si uero femina deli-
 querit loco seruitij hircemium construatur suis sump-
 tibus carcer validus, in quo manere possit saluo hono-
 re pudicitie mulieris permanens ibi arbitrio Curie
 Zagoroli. Et nihilominus semper quisque delinquens
 teneatur ad omne interesse venenati arbitrio boni viri, id
 est iudicis.

De poena committentis adulterium
 Rca. XVIIJ.

Adco inualuit temeritas alienarum nuptiarum vio-
 latorum, ut postergatis diuinis, et humanis legibus,
 quotidie non cessant aliena foedare hora in dedecus
 Sanctissimi matrimony in Dei Ecclesia Militante
 precipuum antiquitate, et loci instituti dignitate, ac
 figuratiue Sacramentum propter quod grauissima esset
 poena contra adulteros, adulterasque imponenda, attamen
 volentes in quantum possumus eorum cohibere au-
 daciā, statuimus, quod si quis adulterium commi-
 serit cum muliere, quae inter honestas mulieres in sua

vicinia reputabatur, adulter, atque adultera poena
 ultimi supplicij feriantur, quam commutare possit
 Illis dominus Zagavli qualitate personarum pensata
 vel ad servitium frivremium, vel ad carceris perpetuos,
 prout sua Illi Dominationi visum fuerit, si delinquen-
 tes in fortiam curie deuenerint, si uero aufererint, seu
 aufererint, nec citatus comparuerit, banniatur perpetuo
 à castro Zagavli, et eius districtu, et possit impune oc-
 cidi à viro, patre, fratre, et filio adulterata muliere. Sed
 si mulier adeo fuerit libidinosa, quod accenderit ad domum
 sui amasij, et adulteri, et ibi se carnaliter cognosce-
 re passa fuerit, in odium tanta effrenata libidinis mu-
 lier ipsa poena ignis puniatur, et comburatur, vir
 id est adulter solummodo banniatur, verum tamen
 si vir accesserit ad domum mulieris causa adulterij
 committendi, et nondum perfecti flagitio fuerit inuentus
 et in fortiam curie deuenerit, poena decem fractuum
 corde puniatur, à qua poena redimere se possit solu-
 do curie ducato quinquaginta de carlenis, si uero se
 absentauerit, et citatus minimè comparuerit, in cus-
 tis contumacijs banniatur, et non reassidetur, nisi so-
 luta poena ut supra, verum tamen si adulterium cum
 inhoneste vite muliere patratum fuerit, et quæ passa
 fuerit se ab alijs viris cognosci laborante fama, de ea
 de hoc in eius vicinia adulter puniatur, et adultera
 poena corfi voluntarij non cum honesta muliere habiti
 ut in sequentibus Statutis disponetur. }

De raptu mulierum nuptiarum viduarum
virginum, et monialium
Rea. XVIIJ.^a.

Si quis mulierem coniugatam seu viduam virginē
vel monialem, id est Deo dicatam per vim, et uiolentiam
carnaliter cognouerit, capitali, et ultimi supplicij pena
feriatur, at si vim monialibus, et Deo dicatis virgini-
bus raptor intulerit, si in fortiam curie Zagarioli deue-
nerit, in odium tanti sceleris, propter quod ultra raptum
sacrilegij, et incestus crimen committitur igne comburet.
Si uero aufugerit, premissis legitimis citationibus, et
ineusatis contumacijs bona ipsius intelligantur, et sint
in fiscum Illi Domini Zagarioli confiscata, alia senten-
tia minimè expectata, et ultra hoc banniatur. Verum-
tamen si nondum quis flagitium perfecerit, sed deue-
nerit ad actus propinquos flagitio utputa lasciuia loca
tangendo, aut dando oscula, et ijs similia, quamuis
iura eadem poena ferendum esse decernunt, ac si flagi-
tium perfecisset et considerando affectum delinquentis mi-
nùs tali casu nos agere volentis, statuimus taliter delin-
quentem mittendum esse ad seruitiū triremiū arbi-
trio Illi Domini Zagarioli. Statuta enim non sicuti iura
animum, sed factum consummatum, et perfectum puniūt

De poena coitus voluntarij.

Rea. XIX.^a.

Nemo igitur existimet, quod si mulier nupta, vidua, aut virgo se passa fuerit carnaliter cognosci à viro quod propter huiusmodi mutuum consensum facinus debeat pertransire impunitum; quoniam semper presumendum est, quod parentes viri & consanguinei mulierum ob iniuriam, quae eorum familiae, et eis inferatur sint dissentientis, et propterea statuimus quod tali casu vir, et mulier sicuti in delinquendo equalis fuit anensus equali poena, vel inequali prout iura volunt, puniantur; si vero se absentauerint, absens banniatur.

De poena exfortiantis, seu in cognoscendo vim inferentis vihi Mulieri. *cccc*
lca. XX.

Si quis vilem mulierem sic per famam inter eius viciniam reputatam, et quae ab alijs viris se cognosci patitur exfortiauerit, et per vim carnaliter cognouerit, soluat poenae nomine qualibet vice Curiae Zagorhi ducatus decem de carlenis, et poena duorum fractuum cordae puniatur, et si plures fuerint, qui auxilium presterint dum vis fuit illata, quislibet et ad tantundem poenam teneatur, et si in aliquo mulier damnum passa exfuit, dum vis illata exfuit, exfortiator ad emendationem damni teneatur tantummodo, nisi exfortiator soluendo non esset, quo casu volumus auxiliatores teneri pro eo, et ad poenam Curiae applicandam, et ad emendam damni-

parti lese, quilibet pro rata

De poena incestus

Rea. XXj.

Si quis adulterium cum incestu, uel incestum tantummodo commiserit, ambo vir, et mulier comburentur quo casu procedi volumus ut in superioribus dictum est per inquisitionem, sed per accusationem solummodo.

De pessimis Sodomitis

Rea. XXij.

Cum inter cetera flagitia carnalia detestabilius sit flagitium Sodomiticum, et eo magis si vis inferatur. Idcirco statuimus, quod Sodomita vim inferens puero carnaliter cognoscendo, uel lesionem inferendo in pudibundis locis pueri stuprati, poena ignis puniatur, et concremetur, sed si vis in stuprando puerum nec lesio in suis membris pudibundis interuenerit, volumus quod Stuprator pueri stet per annos tres in seruitium tritremium, puer uero correptus dimittatur, sed si fuerit patiens maior decem et octo annis, eadem poena, qua agens puniatur, ut superius est expressum.

De poena priuati carceris

Rea. XXij.

Quicumque ceperit aliquem, seu capi fecerit, et cum liber-

factu sua priuauerit, carcerem priuatum committendo si
 per quatuor horas detinuerit, nullam tamen aliam lesio-
 nem carcerato inferendo pro sua temeritate, quod iurisdic-
 tionem ausus fuit usurpare, puniatur in ducatis de-
 cem de carlemis, si uero detinuerit si carceratum, a
 quatuor horis usque ad decem horas poena ducatorum cen-
 tum mulctetur, sed si a decem horis supra detinuerit, cum
 manifestum sit iurisdictionem usurpare, poena ultimi sup-
 plicij puniatur, Statuentes quod in huiusmodi causa priua-
 ti carceris possit per inquisitionem procedi. At si quis cepe-
 rit suum debitorem suspectum de fuga, vel inuentum in
 eius domo, aut in suis bonis intentione furandi, vel aliud
 malum perpetrandi, et statim Vicario, aut Vicecomiti de-
 nunciauerit, et in predictorum absentiam Massarij com-
 munitatis, vel alij probis uiris Zagari ex quo iam ex huius-
 modi pro palatione deprehenditur, quod non animo delin-
 quendi, sed sui iuris conseruandi fecerit, et si ultra termi-
 num horarum Statutarum detinuerit, nulli poena vo-
 lumus fore obnoxium, nisi aliter carceratum seu deten-
 tum per eum offenderit, quo casu volumus offendendo pu-
 niri poena iuxta qualitatem offense, et illate lesionis
 secundum dispositionem subscriptorum Statutorum.

De poena producentis falsos testes
 Rca XXIII.

Quia necessarium esse dignoscitur ueridicorum testimonio
 causas agi, ideo falsorum usus testium reprobantibus, statu-

imus quod si quis produxerit falsos testes in causa criminali, aut ut quis condemnatur indebitè, uel ut nocens, et culpatus iniuste absoluetur, utroque enim casu volumus puniri poena falsionis et nihilominus teneatur emendare, parti laesae quodcumque interese, ea de causa passae expetit, at si produxerit falsos testes in causa civili soluat poenae nomine Curiae Zagarioli expensationem causae super qua litigabatur et parti laesae reficiat litis expensas, et quodcumque aliud interese.

De poena falsi testis.

Rea. XXV.

Cum nihil sit tam contrarium ueritati, quam falsitas uolens in quantum possumus falsariorum testium cohibere audaciam, qui non verentur in laesionem propriam, et in peruectionem iustitiae, et in eorundem animarum perniciem subuertere ueritatem, Statuimus quod si quis falsum deposuerit in causa, ubi imponitur poena ultimi supplicij, uel abscissionis membri, uel in quacumque causa pecuniaria, si eo applicanda, et propter eius depositionem falsam quis fuerit condemnatus, et contra eundem facta executio, semper eo casu talis testis falso deponens puniatur similitudine supplicij, quo punitus expetit contra quem deposuit, si uero falsum deposuit in excusationem alicuius, et alteri falso inculpauit, puniatur eadem poena, qua punitus expetit ab eo inculpatus, sed si solummodo in absolutio- nem tantummodo nocentis deposuit, quamuis in hoc insit

peruersio iustitiæ, et sit contra publicam vtilitatem cui
 expedit vt delicta puniantur, tamen quia sanctius est
 nocentem absoluerè, quam innocentem condemnare, vo-
 lumus saliter falso deponentem puniri poena extraordi-
 naria arbitrio Illi Domini Zagawli, qui considerata
 causa propter quam motus fuit ad sui deponendum, et alijs
 circumstantijs arbitrabitur prout sua Illi Dominatio-
 ni visum fuerit, infra tamen mortem, et membri abscissio-
 nem, preterquam si corruptus pecunia deposuerit, quo
 casu volumus arbitrium extendi etiam vsque ad mortem
 inclusiue. At si falsum fuerit testimonium redditum in
 causa pecuniaria, testis puniatur hoc casu poena exima-
 tionis causæ, super qua deponit, et si non habet in ore,
 luat in corpus, et nihilominus in quocunque casu testis
 falsum deponens perpetuo sit infamis, et nullo unquam
 tempore admittatur in testem, et parti læsæ omne dam-
 num resarciat, et nunquam dimittatur, donec pars fuerit
 satisfacta, uel aliter cauta de consequendo eius interesse.

De poena fabricantium falsas
 scripturas.
 R. ca. XXVI.

Falsariorum periculosa fallacia, per quam veritas con-
 culeatur impugnantis, statuimus, quod si quis fabricaue-
 rit, vel fabricari fecerit falsum publicum instrumentum,
 statutum, vel reformationem communis condemnatur ad
 poenam abscissionis manus, cassans autem in totum, uel
 in

in partem, siue subtrahens, uel occidens aliquod statutum, uel reformationem communis, uel sententiam aut diffidationem contra aliquem latam, uel alia acta publica, in alterius detrimentum condemnentur ad poenam manus, et damnum facti sese resarciant.

De furibus.
Rca. XXVII.

Quoniam satis abunde per Diuorum Principum constitutiones contra fures est prouisum, superfluum erit per statuta aliud attentare, nisi quod eadem poena fures puniantur, prout Sacratissimi Romani Imperij Imperatores in suis constitutionibus in corpore Juris clausi puniendos esse decreuerunt.

De furto factu in incendio
Rca. XXVIII.

Circa furtum in incendio, atque ruina factum Jus civile seruetur, et idem in furto domestico.

De disrobatoribus Stratarum.
Rca. XXIX.

Insiuatoris, aggressoris, et itinerum disrobatoris poena à Jure communi imposita, et per Pontificalis extrauagantis constitutiones super hoc promulgatas puniri uolumus.

De poena furantium aratra, vomeres
et alia instrumenta ad agriculturam
pertinentia.

Reca XXX^a.

Instrumenta ad agriculturam pertinentia Jura prohibent posse capi in pignus ea ratione, ne coloni a colendis terris retrahantur, eadem ratione moti Statuimus quod de cetero nemo presumat furari vomerem, aratra, iuga, et demum quaecumque alia instrumenta ad agriculturam spectantia quocumque in loco reposita inueniantur. Si quis uero contra fecerit, soluat Curia Lagaroli ducatos decem de carlenis, et rem ablatam parti laese restituat si extat, sin minus eius ephmationem Sacramento Domini Dei declarandam, et poena ducatorum decem puniatur.

De poena receptantium malefactorum
Reca XXXI.

Statuimus quod si quis homicidas, adulteros, fures, difrobatores stratarum, incendiarios, raptores virginum, et demum quoscumque alios criminibus grauionibus notatos receptauerit, antequam citentur, et per curiam condemnentur impune liceat receptare, nisi essent laese maiestatis crimine notati in quocumque capite, quos nemini liceat non delusa non receptare, sed teneantur capere, et curiam reportare, aut saltem omnino expellere, verumtamen

40
si specialis prouisio Curie emanauerit contra alios male-
factores quod nemo ipsos debeat receptari, etiam si non
fuerint adhuc condemnati volumus, quod prohibitiones
Curie seruentur, alias receptari puniatur poena seu
multa in speciali prouisione comminata, atque contenta.
Si uero malefactoris fuerint condemnati, nequaquam ac-
ceptentur, et qui secus facere presumpserit, teneatur poe-
na in banno contenta, et expressa contra receptatores.
Si uero accidit ob incuriam forsitan Vicariorum, quod
poenam in banno non expresserit, uel non reperiretur ba-
num annotatum, poena isto casu sit arbitraria pecunia-
ria tamen arbitrio Curie.

De uerbis iniurijs. Rca. XXXY.

Statuimus, et ordinamus, quod si alicui quispiam dixe-
rit animo iniuriandi uerba contumeliosa, uidelicet Roue-
ghio Cornuto traditore, pro qualibet uice puniatur poena
duarum quatuor Curie applicanda, si uero profulerit
uerba contumeliosa, uidelicet dicendo ladro, falsario, ho-
mucidario, et ijs similia, puniatur poena carlenorum
sepedecim, at si mulieres ad inuicem proruperint ad supra-
scripta uerba, uel ijs similia, animo iniuriandi tenean-
tur ad medietatem supraascripte poene pro qualitate
iniurie.

De poena dicentis alicui su mentiris Rca. XXXIY.

Si quis malo animo dixerit aduersus quempiam tu-
mentiris non prouocatus verbis contumeliosis, pro quibus
potest agere actione iniuriarum, et instituere accusationem
puniatur dicendo tu mentiris vice qualibet poena carleno-
rum viginti quatuor liris applicanda, at si prouocatus
verbis contumeliosis, pro quibus competeret accusatio nulli
poena volumus fore obnoxium, existimantes non in
alicuius contumeliam dictum fuisse, sed ad sui honoris
lucrationem, & ad contumeliam propulsationem.

De poena impropertis iniuriam
vel verecundiam.

Rca XXXIV.

Dum veteres iniuria, atque contumelia, recepta im-
properantur animi ad vindictam excitantur, et inde
rixæ, et scandala facilius suscitantur, unde prædictis
obuiare volentes, statuimus, quod nullus impropere,
cuiquam presumat iniuriam, seu contumeliam propi-
æ personæ, in quem fit impropertio illatam, seu eius
uxoris parentibus, filiis, fratribus, sororibus, et nepoti-
bus, aut neptibus eius indignè, siue condignè fuerint
illata, siue per priuatum, siue per Curiam, si quis con-
trafecerit, puniatur poena carlenorum duodecim liris
applicanda.

De iniuria dicta Vicarijs Zagaroli.

Rca XXXV.

Si animaduersione digni sunt qui priuatis personis contumelias inferunt, eò magis in ipsos animaduertendum est qui officialibus, et personis publicis, et iurisdictione fungentibus iniuriantur, ea propter statuimus, quòd si Vicario Castrì Zagari dièta fuerint verba contumeliosa, vel iniuriosa, dum pro tribunali sederit, vel aliter fuerit in exercitio sui officij, puniatur iniurians verbaliter tantum poena arbitraria arbitrio Illi Domini, si uerò similia dicta fuerint Vicario extra bancum Iuris, et extra exercitium sui officij, puniatur iniurians eadem poena, sed si Vicarius cum aliquo versatus fuerit domesticè ut puta ludendo cum aliquo, vel similia secum faciendo, tunc iniurians puniatur etiam eadem poena arbitraria non tanquam priuatus iniuriatus fuisset, verum tamen si Vicario fuerit personalis iniuria illata, et enormis in exercitio sui officij, iniurians puniatur poena lese maiestatis in tertio capite, si uerò offensa facta fuerit extra exercitium officij, poena tunc sit etiam arbitraria arbitrio Illi Domini Zagari, et idem si iniuria fuerit leuis.

De iniuria dicta Vice Comiti, Connestabilibus, atque Mas Barijs.
Lca. XXXVI.

Si quis Vicecomiti, et Connestabilibus iniuriosa verba dixerit dum exercent eorum officium, soluat quadruplū eius quod solueret si priuato contumeliam talem dixisset.

et idem seruandum fore statuimus si uerbali iniuria illata fuerit manarijs communis castri Zagaroli. Verum si predictis fuerit illata iniuria, et offensa in personam, diu sunt in exercitio eorum officij, poenam volumus esse arbitriam arbitrio Illi Domini Zagaroli, quod arbitrium potest se extendere usque ad mortem inclusiue secundum qualitatem offense.

De percussione manu vacua

Rca XXXVII.

Si quis manu vacua vel pugno quempiam in faciem percusserit absque sanguinis effusione, puniatur pro qualibet vice poena ducatorum decem. Si uero predicto modo percusserit in alia parte corporis, eadem poena quotiens contrafecerit muldetur, sed si percussio fuerit cum sanguinis effusione narium aut oris, uel aliunde a facie, soluat eandem poenam, si uero percussio facta fuerit pede in facie, uel in membris genitalibus, eadem poena puniatur, etiam si in alia parte corporis facta fuisset lesio. At si mulieres ad inuicem altercantes malo animo se percusserint, uel una percusserit aliam modo premitto ad medietatem poena contra viros supraposita teneantur, pro qualitate iniuriæ, uerum tamen si vir in mulierem prurperit in supra scriptis excensibus, cum indecens sit uiris contra mulierem talia patrare, duplicata poena puniatur pro qualitate offensa superius annotata, quotiens contra factam fuerit.

De facientibus se teneri.

Rca XXXVIII.

Quicumque rixando, aut cum aliquo altercando fuerit contra eundem animo, et intentione percutiendi; et circumstantes se interposuerint ne percussio sequeretur detinendo irruentem, si premissa fecerit actualiter habens arma pre manibus, puniatur poena carlenorum quatuor, si uero fecerit sine armis pre manibus etiamsi ad latus gestaret, puniatur poena solummodo carleni unius Curie applicandi.

De poena facientis erga aliquem sicum

Rca XXXIX.

Si quis ad alterius iniuriam fecerit ei sicum in foro publico, vel in presentia decem hominum puniatur pro qualibet vice poena carlenorum quatuor, si uero talis excessus patratu fuerit in locis non ita notabilibus, neque frequentatis, vel ubi nullus adesset vel unus, duo, et tres tantummodo presentes essent, puniatur poena carlenorum duorum.

De poena facientis cadere aliquem in terra

Rca XXXX.

Quicumque spem tumauerit, et fecerit aliquem in terram cadere, se impinserit malo animo, uel studiose, puniatur

3 poena carlenorum sexdecim, si uero non studiose, sed
a casu petendo veniam ab offenso, statim nullatenus pu-
niatur, si uero accusatus veniam petere noluerit, uel mo-
nitus ut peteret, recusauerit, quia ex huiusmodi proter-
uitate malus animus deprehenditur, puniatur eadem
poena carlenorum sexdecim.

De poena facientis cadere aliquem
de animali.

Reca. XXXXj.^a

Si quis equitantem super egro, asino, uel quouis alio ani-
mali cadere fecerit malo animo, uel studiose, si nullam
passus est offensam, et lesionem in personam soluat poe-
nae nomine solidos viginti, si lesio interuenerit, tenea-
tur ad poenam pro qualitate lesionis.

De facientibus cadere aliquem

in ignem.

Reca. XXXXij.

Si quis aliquem studiose impinserit, et cadere fecerit in
ignem, et nocumentum personae non fuerit illatum soluat
poenam trigintaduorum carlenorum, et nihilominus
panni illius, qui impulsus extitit si in totum, uel in
partem deteriorati fuerint, damnum illatum emendare
teneatur.

De prouidentibus aliquem in puteum.

Reca.

Si quis aliquem in puteo aquæ, uel in fouea, similiqz loco impinserit, cadere fecerit, uel præcipitauerit dolose, et malo animo, si uerisimiliter potuit inde mors sequi, licet non fuerit secutus effectus huiusmodi malum animus nolumus pertransire impunitum, sed mittendum fore decernimus per biennium ad seruitium, trimum, uel ad tantundem tempus condemnetur ad permanendum in carceribus criminalibus, à qua poenâ trimum, et carceris possit se redimere, soluendo curiæ Tagaroli ducatos quinquaginta, uel ad recisius tempus arbitrio Ill^{mo} Dni Tagaroli.

De poena scindentis alicui pannos
de dorso.

R^{ca}. XXXXIII.

Si quis ad alicuius iniuriam sciderit pannos de dorso soluat Curia Tagaroli poenam Carlenorum decem, et parti læsæ in primis damnum resarciat.

De poena expellantis alicui pilos à barba
et capiti capillos

R^{ca}. XXXXIV.

Si quis ad alterius iniuriam præsumpserit ponere manum ad barbam ipsius, et inde pilos euellere, atque

55
epilare, aut à capiti capillos poena ducentorum decem
puniatur.

De poena mittentis lutum in os
alicuius

Reo XXXXVI.

Siquis animo iniuriandi luto coinquinauerit, et etiam
illud ad manus de decus apposuerit prostrando in terram
volumus condemnari ad poenam prostrationis, ut superi-
us est expressum, ac pro luto appposito poena carlenorum
duodecim quotiens contra factum fuerit, puniri volumus,
et si quod damnum parti exinde euenerit emendet.

De poena discooperientis mulierem
ad ipsius ignominiam.

Reo XXXXVII.

Siquis ita temerarius extiterit, quod in opprobrium, et
de decus mulieris honestae, aut quae inter honestas in sua
vicinia reputetur, praesumpserit eleuare pannos, quibus ues-
titur detegendi causa membra mulieris, quae absque ma-
cula matronalis pudicitiae, pro palari non possunt, nec detegi
idque factum fuerit in loco publico, aut in tali loco, quod ex
stantium conspectu de excessu suo delinquens conuinci
potest manum cum qua pannos eleuauit amittat, à qua
poena se delinquens redimere poterit soluendo Curiae Za-
garoli poenam pecuniariam arbitrio Illi. An. Zagarioli

qui

qui attenda qualitate personæ iniuriatæ, et iniuriantis
arbitrabitur prout suo Illi Dominationi videbitur, et
placebit.

De poena percutientium cum saccone
baculo lapide, et ijs similibus.
L^{ca}. XXXXVIIJ.

Statuimus quod si quis præsumpserit aliquem uerberare
aut percutere baculo, fuste, saccone, lapide, uel quocum-
que alio instrumento ligneo ad offendendum ap^{to}, quouis
nomine nuncupetur, et ex dicta percussione sit facta scissu-
ra cutis, et sanguis exierit, uel tumefactio fuerit talis, ut
necesse sit pro curatione percussi tumefactionem incidere, si
percussio fuerit in capite, puniatur poena ducatorum duo-
decim, ead^{em} poena puniatur si in faciem fuerit illata per-
cussio. Si uero in quauis alia parte corporis quis percussus ex-
titerit, soluat poenæ nomine ducatos quatuor, scilicet si læ-
sus fuerit, etiamsi plures illatæ fuerint non notabiles percus-
sionis, quæ percussum parum, aut ferè nihil debilitauerint
soluat poenæ nomine ducatos quatuor, dummodo incontinen-
ti absque temporis interuallo inferantur, et nihilominus per-
cussor reficere debeat omnes expensas percusso per eum fac-
tas in medicis, et medelis, nec non resarcire, feneatur die-
tas amissas, quibus operari nequijt, arbitrio boni viri at-
tenta qualitate personarum donec conualuerit, si uero per-
cussio fuerit sine apparitione vulneris, aut scissura cutis
aut enormis tumefactionis, sed cum tumefacti aliquali li-
uore si fuerit in capite ducatorum sex poena puniatur.

53
idem etiam statuimus si in facie eadem poena imposita intelligatur, dicitur enim facies à summitate frontis usque ad extremitatem barbe, et ab una auricula usque ad aliam auriculam inclusivè.

De ponentibus manus ad arma.

Reca. XXXXIX.

Si quis dum cum aliquo altercatur contra eundem malo animo arma extraxerit non provocatus solvat poenæ nomine carenos quindecim, sed si extraxerit provocatus, et ad sui defensionem, stando in terminis defensionis, retrahendo se à rixa, nulli poenæ volumus fore obnoxium si vero in rixa author ponit manum ad arma, quia ex huiusmodi actu præsumitur malus animus, si extraxerit tantummodo, et non admenauerit, teneatur ad carenos triginta, sed si etiam admenauerit teneatur ad carenos quadragintaquinque non percussendo, sed si percussio non fuit secuta, quia contra quem admenabatur evasit ictum vel quia tertius se interposuit, quoniam per eum non stetit, puniatur hoc casu poenæ ducatorum sex, at si percussio fuerit subsequuta, puniatur pro qualitate illatæ percussionis, et tunc poenæ extractionis armorum, et admenationis cum poenæ percussionis confundatur, scilicet, ut ad poenam percussionis teneatur solummodo, et non ad alias promittendo solum manus ad arma quantumcumque fiat malo animo, si ultra non progreditur, nolimus alicui poenæ fore subiectum, author rixæ intelligitur hoc casu cum

riparatur

58
rixatur cum vno seu cum pluribus, vt infra.

De percussione facta cum armis
L^{ca} Quinquagesima.

Quicumque percusserit quem piam cultello, ense, aut quocumque alio generi armorum quouis nomine nuncupato, dummodo ferreum sit instrumentum si ex tali percussione paruum vulnusculum fuerit illatum puniatur isto casu percussor, ac si cum baculo talem percussione intulisset, si vero ex tali percussione sanguinis effusio magna fuerit cum apparitione notabilis vulneris, absque tamen debilitationi membri vulnerati poena ducatorum nouem puniatur, at si ex dicta percussione membrum aliquod fuerit debilitatum, vel os incisum ad poenam ducatorum triginta puniatur. Verumtamen si membrum fuerit ex vulnere abscissum, et totaliter a corpore separatum, vel tale vulnus illatum, vt non sit spes conualescentiae, nec quod membrum ulterius possit in corpore suo officio fungi, poena ducatorum septuagintaquinque plectetur Curiae applicanda. Si vero digitus vnus, vel duo de manu, aut de pede abscissi sint, attento quod digitus non est membrum poena ducatorum quindecim mul-
tetur. Si vero vulnus in faciem illatum fuerit, in qua perpetuo sit remansura cicatrix, vel auricula tota incisa, poenam ducatorum triginta Curiae perfoluat, sed si ex vulnere in faciem nasus fuerit truncatus in totum, vel in partem, vel oculus effusus, vel aliter ex percussione

percuſſus unius oculi viſum amiſerit poena ducatoru
 ſeptuagintaguingue taliter delinquens pſectetur, et
 teneatur parti laſe ad omne eius intereſſe ſibi obuen-
 tum occasione vulneris illati, et ſi talis delinquens
 auſugerit citatus, et ſibi inculſatis contumacijs iuxta
 formam ſuperius traditam banniatur, et pro poena iux-
 ta qualitatem vulneris diſſidetur, nec reſſidetur donec
 poenam delicti perſoluat, et parti laſe de eius inter-
 eſſe perſoluat, et idem ſi in fortiã Curie deuenierit

De poena frangentis alicui dentem
 R^{ca}. Quinquageſima prima

Si quis cuiſpiam baculo, ſaxo, aut pugno dentem ru-
 perit malo animo, pro quolibet dente, poena ducato-
 rum nouem mulſetur Verum ſi quis intendens quem-
 piam vulnerare, vulnus intulerit in ore, et dentem
 ruperit, et ex ore ceciderit, apparente aliquali cita-
 trice quantumcunque minima in ore, puniatur pro
 quolibet dente, qui ex ore ceciderit, poena ducatoru
 triginta, ſed ſi in ore vulnus non apparuerit, poe-
 na ducatorum nouem, vt ſuperius eſt expreſſum, et
 parti laſe teneatur ad totale eius intereſſe huiusmodi
 occasione obuentum

De poena facientis rixam
 R^{ca}. Lii

Statuimus, quod ſi quis deliberato animo fecerit ri-

xam in Castro Zagaroli, et eius Territorio puniantur
 authores, et principales rixe in ducatis decem pro qua-
 libet si pluris fuerint aequè principales, et ultra poe-
 nam praedictam puniatur author pro qualitate exces-
 sus, et patris delicti, prout superius est expressum,
 rixam facere in pñti Statuto intelligimus cum quis
 convocatis quinque amicis, aut propinquis irruerit
 armatus contra eius aduersarium, idem, et id esse
 volumus, si ab utraque parte decem homines interue-
 nerint, et vulnera, et percussiones interuenerint.

De poena currentis ad rixam

Rea. Liiij.

Statuimus, et ordinamus, quòd nemo accedere debe-
 at ad rixam, seu bataliam causa se in ea immiscen-
 di, secus verò si accenderit causa se interponendi, et di-
 rimendi rixantes, et rixam sedandi, quo casu liceat
 apponere impune, dummodo quempiam non laedat,
 sed si laeserit aliquem, puniatur pro qualitate lesio-
 nis, et offensa illata, declarantis, quòd si in rixa inter-
 uenerint vulnera, aut homicidium, aut quòdcumque
 aliud delictum, is ad poenam teneatur, qui ex eorum
 commisit, si de ipso delinquente haberi potest certa rela-
 tio, atque notitia, et id Vicario legitime constiterit. Si
 uerò ignoranter, delinquens teneatur principalis, et auc-
 tor rixae ad poenam delicti quantumcunque magni
 in rixa patris. Addentes quòd superius dispositis de

rixis locum habere volumus, si ipsa oriretur inter homines Castri Tagaroli in Castro, aut eius territorio, secus tamen esse volumus quando rixa contingeret oriri inter homines Tagaroli, et forenses, quia tunc volumus principalem puniri nisi de delicto commisso, et non alia poena tanquam author rixæ.

De poena gestantis balistam, arcum, scopettum ad rixam.

Rea LIV.

Cum in rixis tanto possunt graviora facinora committi, quanto arma, quæ in eis deferuntur magis lethalia sunt, ea propter statuimus, quod nemo audeat in rixa portare balistam caricam sagitta, aut scopettum paratum, nec arcum cum sagitta, si quis contrafecerit, soluat poenæ nomine ducatos quatuor et si sagittauerit, et non percusserit, ultra prædictam poenam ducatorum quatuor soluat duplicatam poenam eius, ad quam tenentur admenantes cum armis, si uero admenando percusserit, et ex percussione mors non fuerit secuta, puniatur ad duplicatam poenam impostam contra percubiētes cum armis, si uero percussus mortuus ex percussione fuerit, talis homicida quod fecit, expellet, si in fortiā Curia deuenierit, si minus, procedatur contra eum iuxta formam à Nobis contra homicidas superius traditam.

De poena sagittantis clam cum
predictis instrumentis.

Rea. LV.

Quoniam improuisa offensio euitari non potest, et pro-
ditorie segerit qui ex domo, vel aliunde clam cum supra-
scriptis instrumentis sagittat, et ictus in quempiam se
impie dirigit. Vnde Statuimus quod nemo debeat talia
patrare in perniciem vite hominis ad imaginem Dei facti,
et sue anime perditionem, si quis contra fecerit, si sagittan-
do offensio facta fuerit in fra mortem puniatur poena pro
qualitate percussiois secuta, et ultra hoc etiam punia-
tur poena duorum fractuum corde, si uero sagittauerit
et lesio inde non euenerit, nec successerit, quia talis malus
animus pertransire non debet impunitus, volumus illum
puniri poena duorum fractuum corde.

De poena vociferantis, et pulsantis
campanam noctis tempore.

Rea. LVI.

Si quis noctis tempore adeo temerarius fuerit, quod
discurrendo per castrum Taganli vociferando excita-
uerit populum sub preceptu alicuius imminentis neces-
sitate, que uere non imminet, quotiens talia patrare
ausus fuerit, poena ducatorum decem puniatur voci-
ferando tantummodo, si uero ultra vociferationem

campanam pulsauerit, vel solum campanam pulsando
duorum tractuum corde poena puniatur.

De poena filiorum delinquentium in
parentes.

Rea. LVII.

Cum et Jure diuino, et humano cautum sit maximam
erga parentes reuerentiam esse adhibendam, propterea nos
volentes dictis Juribus inherere, Statuimus quod si quis
filius familias Castri Zagaroli ausus fuerit manus impi-
as inijcere in parentes, si fuerit sui Juris poena scutorum
decem, et duorum corde tractuum puniatur, et decem
dierum carceris, sed si non fuerit sui Juris, sed in patris
potestate, poena carceris viginti dierum, et trium tra-
ctuum corde publice affligatur, et non relaxetur nisi ve-
nia impetrata à patre.

De fideiussionibus prestandis in
Criminalibus.

Rea. LVIII.

Quoniam hominum malitia in dies crescit, et multa
homicidia committuntur, et ne eorum versutis locus
sit, ad Ciuitatem pacandam, subditisque gubernandos
Statuimus deinceps in futurum, quod in omni casu in
quo fuerit commissum, vel non commissum, sed euidens
periculum enet homicidij futuri, quod pater teneatur pro

omnibus

omnibus filiis fideiubere, de non offendendo consanguineos, et affines homicidas, excepto ipso delinquenti, pro quo non possit astringi ad fideiubendum, et e contra, et ita vir pro uxore, et in istis casibus obseruetur præter capitulum istum constitutio Marchie, et nolentibus fideiubere, possint per Vicarium carcerari, et non relaxari donec fideiusserint.

Quod filij familias possint in Criminalibus esse in Iudicio sine parentum consensu.

Rea. LIX.

Ad tollendas Jurisperitorum varias opiniones, statuimus, quod quancumque contigerit per Curiam Zagambli procedi contra filium familias siue per accusationem, siue per Inquisitionem, seu quouis alio modo Juridico criminaliter debeat filius familias comparere personaliter, et habeat personam legitimam standi in Iudicio, nec aditata cum eo sub pretextu consensus patris inuidentur. Si uero fuerit minor, detur curator, et cum curatore respondeat.

De excessibus Minorum decem annorum.

Rea. LX.

Si minor decem annis cum dimidio commiserit aliquo

65
maleficiū ad poenam minimē teneatur, abinde uerō
usquē ad etatem quindecim annorum inclusiue, quarta
partem poenae, ad quam maior teneatur, si talia patras-
set, persoluat Curia, à quindecim uerō annis usque ad
viginti annos, ad medietatem poenae maioribus impo-
sita mulctetur, à viginti uerō supra puniatur poena
qua ceteri maiores punirentur, hanc etatem existi-
mantes propter malitiam, quae valde excreuit in delic-
ti tantummodo esse legitimam.

De corrigentibus familiam suam
Lca. LXI.

Voluimus quod quilibet corrigendo familiam suam
etiam mercenariam verberare eam moderate possit sine
metu alicuius poenae, et etiam alios suos propinquos mi-
nores emendando illos, at si Paterfamilias, aut propin-
quus modum castigandi, aut emendandi exceserint, la-
dendo enormiter, et vulnerando volumus teneri ad me-
dietetatem poenae, qua alij talia patrans teneantur.

De Patre nō grauando pro delicto filij.
Lca. LXII.

Quoniam facta sunt tenere debent auctores, quod pater
ullo modo grauetur pro delicto filij inuitus nec ē contra
pro patre, neque uxor pro marito, nec maritus pro uxore,
cum ita veteris Iuris prudentia, stabiliiuit. § filius.

De poena habentis coniugem & tenentis
Concubinam
Rea. LXII.

Quamuis Concubinatus Jure civili antiquo permissus
reperiatur, tamen Lex Christiana vetat atque Religio upo-
ratis habere concubinam, cum fiat divisiō carnis, et vio-
letur matrimonium, ea propter statuimus quod quoties-
cumque fuerit facta querela quod uporatus retineat
concubinam per uporem concubinarij, vel per alios pro-
pinquos Curia debeat mandare ex memo eius officio mā-
dando concubinario, ut infra certum terminum ut puta
duos menses dimittere debeat concubinam, imo ab eius
Domus expellere, qui si mandato Curie quovis modo ino-
bediens fuerit poena Ducatorum decem puniatur, et penden-
te termino duorum mensium non liceat upori concubinarij
et multo minus suis propinquis Concubinam ipsam quo-
vis modo offendere, et offendendo puniatur arbitrio Curie
pro qualitate offensa, et Curia expellat concubinam.

De frangentibus Cancellum
Rea. LXIII.

Frangens Cancellum, vel extrahens inde Seram soluat poe-
nae nomine carlenos quingui, et nihilominus domino dam-
num emendare teneatur quacumque occasione fractionis
predictae eidem obuenerit, nisi docuerit à quo datum fue-
rit.

De poena occidentis bestias alienas
 Rca. LXV.

Si quis occiderit quadrupedem grossam, ut puta bouem, vaccam, equum, bubalum, asinum, et canem studiose, soluat poena nomine pro qualibet ex dictis quadrupedibus, et ijs similibus ducatos quinque. Si uero quadrupes occidatur de minutis, sicuti est capra, ovis, ueruep, et ijs similes, soluat lurae poena nomine, carlenos quinque, et damnnum patienti emendet, si appareat et probari possit quod probetur, sin minus credatur, sacramento damnus pati videlicet de pretio, et valore animalis tantum, et quod canis connumeretur inter minuta animalia que ad poenam circa emendam uent. Stetur iudicio duorum proborum uirorum.

De poena prouidentis lapides in domibus
 alienis, et offendere hostium
 Rca. LXVI.

Statuimus, quod si quis dolose, et animo iniuriandi proiecerit lapides in domibus alienis, uel in ianuis, fenestris aut in tecto ultra fuis ictus, si de die soluat carlenos triginta, si de nocte poena duplicetur, sed si adeo temerarius fuerit, hostium domus alterius in ipsius iniuriam, uel causa domum domus, et familiam ipsius offendendi, si principalis inimicus fuerit qui talia patrauit, uel alteri fieri.

68

fieri mandauit, utroque casu puniatur principalis poe-
na ducatorum decem, et faciens etiam eadem poena nisi
fuerit de eius familia, quia ob reuerentiam domini sibi pa-
rendi necessitas imposita videbatur, et semper domino do-
mus damnatum emendetur, et quod ausus fuerit.

De poena occupantis per vim praedium
urbanum, vel rusticum.

Rca. LXVY.

Statuimus, quod si quis in tantam furoris audaciam de-
uenerit quod ausus fuerit praedium urbanum, aut rusti-
cum ab alio possessum inuadere per vim possessorem, uel
eius colonos, uel inquilinos expellendo sub praetextu cu-
iusvis iuris sibi super re ipsa spectantis, et pertinentis
uolumus illum cadere a quocumque iure sibi super dicta
respectante, nam debuit pro iure consequendo adire iudi-
cem, nec licuit sibi ipsi ius dicere, quod ius applicetur in
odium vim inferentis curiae, et nihilominus parti laesae tene-
atur ad omne interese partium, si uero ultra uolentiam alia
malificia patrauerit, puta furtum, rapinam, uel percus-
siones intulerit, pro qualitate delicti patraui puniatur.

De poena assassinenti

Rca. LXVY.

Ut liceat unicuique ubilibet stare, tunc quod si quis assali-
uerit aliquem ad domum, uel tenimentum proprium, uel

conductum mercede seu gratis et fecerit ei iniuriam in
 personam statuimus quod puniatur pro qualitate iniurie,
 si cum socijs a quatuor supra, et etiam cum quatuor, pu-
 niatur ultra iniuriam ipse principalis poena ducatorum
 octo sicut in auctore statuimus. Si uero hostium do-
 mus spentumauerit, seu fregerit, puniatur poena ducato-
 rum viginti, ut in precedentibus est expressum, socij ue-
 ro puniantur prout quisque deliquit. si constat quis pa-
 trauerit, sin minus, principalis teneatur, ut in Statutu
 rixæ, expetit declaratum, et ut auferatur materia associ-
 andi quempiam rixas, et huiusmodi insultus, et ag-
 gressiones facere intendentes, semper socij pro eo quod
 ausi fuerint associare, poena ducatorum duorum pro
 quolibet Curia applicanda puniatur. Statuimus.

De incendiarijs domorum, aliorumque
 Locorum, rerumque.
 Rca. LXXIX.

Dannosam incendiariorum audaciam reprimentis Sta-
 tuimus quod si quis suadente diabolo dolose ignem immi-
 serit in domo cuiuspiam causa domum comburendi, et secu-
 tus fuit effectus, si paratus fuit damnum emendare, et ignis
 ultra domum illam non euagauerit, condemnetur ad perpetuum
 seruitium firemium, si uero ignis ultra euagauerit, et alia
 damna intulerit, alias domos incendiando, incendiarius igne,
 cremetur, etiam si duas tantum incensa fuerint, dicta poena,
 puniatur, si uero ignem non appauerit causa domum,

incendendi.

70

incendendi, sed solummodo ignem apposerit ad hostium
iniuriandi causa, et in vilipendium habitantis, et ignis
aliud damnum non intulerit, puniatur poena decem frae-
tum corda, at si causa domum comburendi apposerit
et non fuerit secuta combustio, puniatur, et condemnetur
per triennium ad seruitium triremium, si uero lasciuie
causa, et non animo comburendi, ignis fuerit appositus
et nihilominus euagauerit, et damnum dederit, punia-
tur, et condemnetur ad carcerem perpetuum, vel ad ser-
uitium triremium ad electionem delinquentis, et damnum
semper laeso satisfiet.

De poena fodentis torale

R^{ca} LXX.

Statuimus, quod si quis foderit torale iuxta viam
publicam, vel vicinalem, vel carrariam deua stando in
totum, vel in partem condemnetur poena ducatorum duo-
rum, et damnum, et expensas emendet damnum passo Ju-
dicio vialium communis

De poena apparantium, seu occupantium
vias communes.

R^{ca} LXXI.

Statuimus quod nullus occupet aliquam viam publicam
vel vicinalem, vel appareat tam intus, quam extra castrum
Zagambli, vel impedimentum aliquod faciat, et qui eam

271

apparauerit, occupauerit, et occupatam relinuerit, ip-
si vicino restituat liberam, et apertam ad poenam carle-
rum duorum exigendam à contra faciente, si fuerit extra
Castrum, intus uero castrum, ad poenam à uialibus im-
ponendam, quibus spectat in hoc prouidere tam circa
poenam, quam etiam ut omnia in pristinum statum
restituantur.

De euellentibus seu excauantibus fines

Limites, seu terminos

R^{co} LXXV.

Ius ideo inuenit, ut termini affigerentur in campis,
pædijs rusticis, ut distinguerentur dominia rerum,
et cessarent iurgia, et dissensiones inter mortales, et
propterea statuimus quòd nemo debeat terminos affi-
gere, et limites à possessionibus, vineis, et à quibus sup-
terris cultis, aut incultis absque licentia, et expressa
uoluntate domini, uel eius, cuius principaliter inter-
est euellere, et hoc non solum à possessiones alienas, sed
nec etiam à communi sine licentia, et uoluntate con-
suey, si quis contra fecerit, et antequam deueniat ad nobi-
tiam domini limites restituerit in pristinum, ad poenam
aliquam minimè teneatur, sed si non restituerit, et do-
minus querelam super huiusmodi termino motu institue-
rit qui terminos euelleret possessionem suam, seu terram
contiguam, et vicinam possessioni, seu campo terre, à
quo limes fuerit euulsus amittat, et Curia Tagamli

applicet.

applicetur, sed si possessionem, seu terram ibi contiguam non habuerit, puniatur poena amputationis manus, qua redimere poterit solvendo Curia Tagaroli ducatos quinquaginta, et nihilominus omnia, in pristinum restituat ipse, aut Curia. si idem negligens fuerit, et suis sumptibus, et quodcumque interese parti laese sponte aut iuribus curie, compulsus resarciet

De poena transeuntis per vineam alienam
LXXII.

Quoniam transire per agrum alienum ius non est praeter domini voluntatem, ideo propter statuimus quod nemini liceat transire sine voluntate patroni quocumque tempore per possessiones alienas cultas, seu vineas fructibus pendentibus, aut non existentibus, si quis contra fecerit, soluat vice qualibet solidos decem, nisi fuerit custos territorij, qui possit, et valeat quocumque tempore transire per vineas, et agros alienos causa explorandi homines, et animalia in eis damnum dantis, verumtamen si compertum fuerit custodem dare damnum in vineis, aut quavis alio loco ad triplum eius quod priuatus tali casu puniretur, fereatur, et damnum emendet non solum per ipsum tunc datum, sed quodcumque aliud repertum nisi custos constare fecerit a quo datum fuerit, et de damno stetur sacramento damnum passi.

De poena colligentium uvas a vineis alienis.

applicet

Rca LXXIV

Vincas custodiri ne damnum in eis detur satis condecey
 est, et propterea statuimus quod nemo audeat colligere
 vuas à vineis alienis, si quis contra fecerit, soluat proens
 nomine quadruplum eius, quod abstulit, et damnum
 emendet, si vero vuam abstulerit cum canistro aut pera
 seu Zainum impleuerit, teneatur soluere poena nomi-
 ni Curie Taganli carlenos quinquè, si vero vuam le-
 geret ab aliena vincta onerando bestiam vna, soluat du-
 catos duos, et quodcumque damnum datum in ea emen-
 dare teneatur, nisi docuerit à quo damnum datum fue-
 rit, nisi quis itinerando oppressus siti à vinea prope stra-
 tam vnum racemum vna legeret ad sedandam sitim,
 non se diuertendo ab itinere, quo casu satis esset inhu-
 manum poenam ab eo exigere.

De poena deglobantium arborum, aut illas
 furantium.
 Rca LXXV.

Cum sit quameuidentissime manifestum quod deglo-
 bationes, et exoriationes arborum non fiant propter
 deglobantis commodum, sed ad iniuriam domini ar-
 boris, ideo predictis obuiare volentes, statuimus qd
 nemo audeat arborum fructiferas deglobare, si quis con-
 traxerit, poena ducatorum quatuor puniatur, et damnum
 emendet

emendat domino iudicio expensarum, si uero quis ar-
 borem furatus extitit à locis cultis, soluat poenae no-
 mine Curiae Zagarioli carlenos decem, si uero à locis
 solidis et incultis carlenos quatuor, et utroque casu da-
 num emendat, in quibus procedere Curia non possit, nisi
 facta accusatione, querela, aut denuncia per dominum
 uel per custodem territorij

De poena auferentis palos à vineis
 et cannetis

Rea LXXVI.

Si quis presumpserit auferre palos à vineis alienis, uel
 à quocumque loco fuerint repositi, aut auferre cannas
 à cannetis, puniatur poena quadrupli eius quod abste-
 lit, et damnum emendat domino, et utroque casu stetur
 Sacramento patroni vinearum et cannetis

De poena non permittentis se pignoriari
 à Mandatario et Vice Comite

Rea LXXVII.

Quoniam frustra est sententias ferre, nisi quod iudi-
 catum fuerit executioni demandetur. Capropter Sta-
 tuimus, quod si mandatarius de commissione sibi in-
 iuncta à Vicario petierit à quopiam pignus aut ra-
 tionem contumaciae, uel pro executione sententiae, uel
 ex quavis alia causa, teneatur ille, à quo pignus petit.

175
statim illud assignare mandatario, nec illud recusare
debeat sub preceptu cuiusvis cause, sub poena car
leni unius, si pignus petitur pro summa a dueato
infra, si uero pro maiori summa, soluat carlenum
vnum pro quolibet ducato, si uero pignus recusauerit
Vicomiti soluat duplicatam poenam importam re
cusanti Mandatario pro qualitate summe, et Vicar
ius non possit alterare poenam in frnti Statuto conten
tam Verumtamen si ille, qui dederit pignus constare
fecerit legitime ab eo pignus peti non potuisse, is ad
cuius instantiam petitum exigit, ad triplicatam poena
teneatur, et ad omne interese parti lese, si uero petitum
fuerit ad instantiam Curie, et minus legitime tenea
tur Vicarius, qui mandauit, ut caperetur pignus in
Sindicatu, et ad interese partis.

De poena Mandatarij non exequentis
commissa per curiam.

Rea LXXVII.

Quia accidit, quod quandoque Mandatarij, aut ra
tione parentele, amicitie, uel quauis alia de causa
differunt exequi eis iniuncta per Curiam non absq
peruersione Justitie, que unicuique equa lance
non redditur, ac etiam in litigantium dispendium
et detrimentum, ea propter Statuimus quod Man
datarius debeat exequi sibi iniuncta ad altius in
fra biduum a tempore sibi date commissionis, vel

infra

infra dictum tempus referre iustum impedimentum
 Vicario, ut valeat opportunè providere, alias Vicarius
 cogat Mandatarium solvere Creditori debitum quod expe-
 qui retardaverit de proprijs pecunijs, et bonis suis, et
 vltia mittatur per Vicarium Vicecomes simplicibus man-
 datarij pro capièdo à debitore pignus, et in poenam in-
 curse negligentis mandatarij non solvatur creditori de
 pignore capto per Vicecomitem, sed de bonis Mandata-
 rij, et post quindecim dies recuperare potest mandata-
 rij debitum quod ipse de suo persolvit, et nullo pac-
 to recuperare potest expensas solutas pro mittendo
 Vicecomitem, alias Vicarius teneatur in Syndicatu
 parti lesor, et idem etiam Statuimus servari debere in
 Vicecomite non exequente.

De bannis non emanandis absque
 Licentia Vicarij . . .
 Reg. LXXIX.

Statuimus quod banna fieri, nec promulgari, et preco-
 nizarì minime possint absque Licentia Vicarij Toga-
 coli, et comminando poenas in Statutis impostas, et
 vltia etiam quod debeant in actis Curie adnotari, alias
 banna sint nullius roboris, et mandatarius absque Licen-
 tia banniendo puniatur qualibet vice contrafecerit poe-
 na carleni vnius exceptis factoris Curie bannis.

De poena furantis manipulos fru-
 menti, et herdei.

R^{ca} LXXX.

Statuimus quod nemo audeat furto subtrahere manipulos frumenti quocumque in loco repositi fuerint, cum quilibet scire debeat quod illud, quod suum non est, ad alios pertinere necesse sit, et propterea quicumque contrafecerit, si furatus fuerit à decem manipulis frumenti infra, soluat poenæ nomine ducatum unum, à decem supra ducatus decem, et pro manipulis ordeï, soluat medietatem poenæ pro furto manipulorum frumenti impositæ, et damnum domino emendet.

De poena furantis fabas in siliquis existentes, seu scafas.

R^{ca} LXXXI.

Sicuti Medico unicuique morbo providere debitum est, ita conveniens est condentibus Statuta cuicumque excessui providere, ne fiat, et si auctoritas Statuentium contemnitur contemnentis debita poena punire, et propterea statuimus quod nemo de alieno capere, et auferre sine domini voluntate presumat fabas novas in plantis, et siliquis existentes, quas vulgus scafas appellat. Si quis contrafecerit, solvat poenæ nomine vice qualibet carlenos quatuor, et damnum emendet Juramento damnum passi.

De poena auferentis mustum à finis, et vvas à vasehis, et de fraude victuralium punien

Furta ne fiant obuiari cupientibus Statuimus quod nemo audeat mustum furto subtrahere à tinnis, neque uvas à uaschis dum vindemiatur quouis colore, et causa, absque domini, et patroni musti et uue voluntate, neque mulio seu uectorali decipere. debeat dominum musti quouis modo excogitari potest, si quis contra fecerit quouis genere, fraudis in domini damnum, et preiudicium teneatur ad poenam quadrupli damni dati, ac etiam interesse damnum pari scilicet ut in poena quadrupli persoluenta in considerat. quadruplum damni, et quadruplum interese, et simplum damni, et interese domino persoluatur.

De poena famuli discedentis ante tempus
promissum domino, et de poena reci-
pientis eum ad eius Seruitias.

Rca. LXXXIY.

Cum nihil tam congruum sit fidei humane, quam pacta, et conuentiones seruare, Statuimus quod famulus, qui promissit cuiuspiam inseruire in certo tempore, ad quodcunque seruitium, siue rurale, siue domesticum, non debeat ante tempus discedere, si dominus soluerit sibi, uel paratus est soluere mercedem perdat si ante tempus discesserit tertiam partem seruitij prestiti, id est salarij, et parti applicetur, qui si post discessum à primo dno alteri locauerit suas operas ad seruiendum ad annum

uel ad recisus tempus, ille secundus dominus. Scien-
 ter recipiens eum, puniatur ad poenam librarum decem
 et teneatur ad quodcunque interesset primo domino. Si ue-
 ro ignoranter conduxerit operas ipsius, et quamprimum
 sciuit discessisse à primo domino dederit licentiam dicto
 famulo, et secum stare non permiserit, ad poenam non
 teneatur, et liceat primo domino capere famulum, et Curia
 presentare, nec liceat domino ultra capturam inferre les-
 sionem aliquam, et de hoc famulus non possit querelari
 instituere contra dominum, et instituendo minime audi-
 atur. Declarantis tertiam partem salarij applicari domi-
 no, à quo ante tempus discessit.

De poena incidentis vites, et vineas.
 Rea LXXXIV.

Statuimus quod qui dolose vineam alienam à pedi-
 cone incidit, siue truncauerit, vel aliter deuastauerit,
 in totum, vel in partem maiorem ad hoc damnum
 notabile dicatur, poena truncationis manus puniatur
 si uero non totam, vel pro maiori parte, puniatur poena
 ducatorum viginti quinque. Verumtamen si incidit ca-
 pita seu sarmenta, ad poenam carlenorum quinque te-
 neatur, et in quocunque casu, damnum domino vinee
 emendet, et si in fortiam Curia extiterit non relaxetur
 donec domino satisfecerit, vel aliter eundem conser-
 dauerit.

De poena gabbi.

Rea.

Quoniam graue est fidem fallere, statuimus quod si quis promiserit alicui inservire ad ligonizandum vineas vel aliud, et demum eidem non inserviuit decipiendo, illum, volumus quod decipiens teneatur ad poenam unius carleni, et deceptus possit conducere alium ad interesse decipientis, et per Curiam decipiens cogatur ad persolvendum quod deceptus illi tertio conducto solvere promisit, si vero deceperit in operibus arandi, aut serendi, aut secandi frumentum vel quodcumque bladum, vel fenum seu forcinandi, tritandi, aut trahendi fumentum, volumus ex quo deceptio in similibus est maioris importantis, quod deinceps puniatur taliter decipiendo qualibet vice, poena carlenorum quinque, et quod deceptus possit similiter alios conducere ad interesse decipientis, et promittens non conducendo frumentum ad molam, soluat carlenum unum cum dimidio nomine poene.

De poena petentis debitum iam solutum
Rca LXXXVI.

Si quis ita temerarius fuerit quod debitum iam sibi solutum semel de novo ausus fuerit petere in iudicio, volumus in poenam tante temeritatis eundem teneri ad quantitatem debiti exacti, et postmodum de novo petiti, necnon ad omnes liti expensas parti, ac ad quodcumque aliud interere. Verumtamen si sibi non fuerit solutum, sed alteri, cui forsitan petitor succedit, si iustam ignorantie causam

pretendere poterat, uel quia scriptura debiti erat pe-
 net ipsum, uel quod de solutione facta sibi non constabat
 volumus quod tali casu, ad poenam minime teneatur nisi
 si publicato processu et constabat de solutione non cenerit
 liti, et causa, quia si non cesserit, ad poenam teneatur,
 alias secus tamen semper quomocunque sit, volumus
 actorem teneri ad reficiendas liti expensas res petendo quo-
 modocunque debitum solutum, quoniam iusta causa liti-
 gandi hoc casu nolumus excusare actorem.

De poena auferentis cupos.

Rea. LXXXVY

Si quis furatus fuerit aluearia apum, quae uulgus cupos
 appellat integra, uel mel in ipsis existens, pro quo-
 libet alueari soluat poena nomine ducatos tres, et damnum
 emendet domino meli et cupi.

De poena immittentis ignem in stipulis.

Rea. LXXXVY

Nemo est qui nesciat quam perniciosum sit passim
 et indistincte licere immittere ignem in stipulis, un-
 de volentes in hoc opportunè prouidere, statuimus quod
 nemo debeat immittere ignem in stipulis, nisi prius con-
 gregatis in unum Massarij Castri Zagaroli cum
 interuentione factoris Curiae proposita causa predicti
 decreuerint ignem posse immitti in stipulis, et id anno-
 tetur in actis Curiae Vicarij Zagaroli, si uero contra factum
 fuerit

82

fuerit, puniatur contrafaciens poena ducatorum decem
quod si contrafecerit, et quando mansarij cum factore de-
creuerint sine immittendum adhuc immitti non liceat ni-
si prius fecerit rotam per spatium unius canne in loco
in quo ignem immittere intendit, ac etiam certioratis con-
uicinis ut precauere possint, ne damnum eisdem infe-
ratur, alias si secus factum fuerit, immittens ignem pu-
niatur poena ducatorum duorum, et utroque casu dam-
num sano resarcietur, et si reperitur damnum datum ab
igne, nec sciri possit quis immiserit teneatur dominus posses-
sionis magis contiguae in qua apparet ignem fuisse immis-
sum, nisi ipse docuerit unde ignis, qui damnum dederit
fuerit euagatus, et in hoc casu procedi possit, et debeat Vi-
carius per inquisitionem quibusuis in contrarium facien-
tibus non obstantibus, et qui non habet in ore, luat in corpus.

De beneficio confessionis.

R^{ca} LXXXIX

Consonum Juri, et aequitati fore censemus veridicos,
et sponte confitentes delicta, dum contra ipsos proceditur
dum contra ipsos proceditur, mitiori poena fore puni-
endos in casibus, ubi poena pecuniaria venit fisco ap-
plicanda, secus autem in poenis corporis afflictivis,
et propterea statuimus, quod si quis dum curia contra
ipsum procedit quouis modo pro aliquo delicto illud con-
fessus explicit in prima responsione per eum facta vicario,
sibi ex beneficio huius veritatis pro palato quarta pars

poena ad quam tenebatur remittatur, dummodo sit
pura, et simplex confessio delicti. Secus uero si fuerit
paleata, uel admixta cum aliquali excusatione, quo
casu tali beneficio illum gaudere nolumus, sed ad totam
talem poenam teneatur.

De beneficio pacis.

Rea XC.

Si quis quempiam offenderit quouis modo, et citatus
per Curiam ad comparandum pro dicto maleficio an-
tiquam sibi ultima contumacia incusetur, comparuerit,
et docuerit habuisse pacem ab offenso, uel a suis here-
ditibus per publicum instrumentum omni uitio, et suspi-
cione carens, uel per testes idoneos, aut per partis offen-
se, attestationem volumus in hoc casu quod iniuriante remit-
tatur quarta pars poene pro dicto maleficio impositae, et idem
seruetur si de pace docuerit infra decem dies a die prima
citationis non obstanti si contumacia esset incusata.

De salario debito Vicecomiti et Connesta- bilibus.

Rea XCI.

Ut auferatur materia iusta querela statuimus quod
Vicecomes, qui pro tempore fuerit in Castro Lagawli
ac connestabilis, dum Curia Vicarij procedit crimina-
liter ex officio per inquisitionem nullum debeant habere
salarium, etiam capiendo aliquem, sed si iuerint missi

84

per Vicarium ad capiendum aliquem ad accusatioem
alicuius, et ipsius instantiam pro captura ciuis in
castrum Zagari solidos quinque pro quolibet p̄torum
pro forense carlenum unum, extra verò castrum pro ciue
carlenum unum, pro forense Vicecomes carlenos tres,
Connestabiles unum pro quolibet, et hoc tam pro captura
quam pro iure carceris.

De gabella soluenda Vice Comiti.

Rca. XCII.

Decet beneficia Principum perpetuo illa esse mansura
unde cum sit, quod Ill^mus Dominus Petrus Franciscus Dominus
Castri Zagari Columnensis concesserit quibusvis tam ex-
teris conducentibus, quam ciuibus res venales cuiuscum-
que sint commercij, et negotiationis ad vendendum in plaza
nova iuxta palatium ipsius Ill^mi Domini sita intus Za-
garolum, incipiendo à domo Petri de halo per quantum se
habent aedificia dicte domus, immunitatem quod non te-
neantur ad solutionem cuiuscumque gabelle, volumus atq; statu-
imus immunitatem ipsam inuolabiliter fore obseruandam
et nemini licere, quouis modo violare sub poena arbitrio dic-
ti Ill^mi Domini imponenda, vendentes uero alibi res, tene-
antur soluere Gabellam Vicecomiti prout hactenus exi-
sit solitum et conductum.

De hortis faciendis.

Rca. XCIII.

Conuenit ut modis omnibus procuretur ut omnium rerum

libertas sit in quavis Ciuitate, Castro, et Loco, et hoc non
 solum ratione commoditatis, quae inde obuenit incolis, sed
 etiam quod multa scandala euitantur, et propterea Sta-
 tuimus, quod qualibet persona vna pro quolibet foculari
 teneatur singulis annis temporibus congruis facere hortu
 in quo debeat duo centenaria alliorum, et vnum caput coe-
 parum, et etiam serere semina aliorum olerum sub poena
 solidorum decem pro quolibet foculari qui coepas et allia
 ad minus non plantauerit, et Vicarius teneatur de mense
 Junij quolibet anno facere inquisitionem, et a contrafacien-
 te irremissibiliter exigere poenam, exceptis mulieribus viduis
 quae non haberent hominem in domo maiorem quatuordecim
 annis, quae isto casu ad poenam non teneantur.

De poena auferentis allia, coepas, et
 olera ab hortis.

Reg. XCIIII.

Siquis abstulerit allia, coepas, et quaecumque olera,
 et fructus nascentes in hortis contra domini voluntatem,
 soluat quotiens contrafecerit poena nomine carlenoz quinqs
 et damnum emendet, si vero tantum de allijs, coepis, aut
 oleribus abstulerit, quod de ijs onerauerit bestiam quadru-
 pedem, soluat poena nomine isto casu ducatos duos, et do-
 mino damnum emendari teneatur.

De ablatione feni viridis, ficci, et herbed

Reg. XCV.

05

Ut omnia sub tuto metu poena esse possint, statuimus quod nemo audeat contra domini voluntatem auferre foenum ubicunque existit, et si quis contrafecerit, si illud subtraxerit secum adhuc existens in pratis, soluat quolibet vice nomine poenas carlenos quatuor, si uero a foeni carlenos decem pro qualibet soma foeni, et idem sit si a quocunque loco reposito fuerit ablatum tam intus quam extra castrum Zagambli. si uero quis false secauerit foenum existens in herba in pratis, soluat carlenos quatuor, et in omni casu ablatum restituat, uel eius pretium, et valorem.

De ablatione paleae

Cap. XCVI.

Statuimus quod nemo debeat auferre paleam ab area sine voluntate domini paleae, et si dominus paleae inquietus fuerit, sibi praeter eius voluntatem paleam a quocunque fuisse ablatam soluat poena nomine carlenorum unum, sed si dominus querelam non proposuerit, ad poenam minime teneatur, si uero abstulerit a paleari existente intus, siue extra castrum Zagambli, seu a quocunque alio loco fuerit reposita intus castrum, soluat poena nomine ducatum unum, in quacunque minima quantitate fuerit ablata, et semper domino ablata restituantur, uel eius pretium.

De poena auferentis ligna incisa.

Cap. XCVII.

Statuimus quod nemo debeat auferre ligna ab alijs incisa. Si quis contrafecerit, soluat poene nomine pro qualibet soma carlenum unum, et domino ablata restituat.

De poena auferentis oculos cannarum
et folia à cannetis.

Rca XCVI.

Statuimus quod nemo audeat preter voluntatem domini auferre folia cannarum, et oculos cannarum à cannetis alienis, contrafaciens curie soluat carlenos duos, et damnum emendet.

De poena eorum qui contra subscriptum ordinem se conuenerint cum Messoribus
tempore Messium.

Rca XCIX.

Quoniam tempore messium messores qui huc se conferunt maiorem mercedem exigunt ab hominibus huius castri Zagardi, quam quod consequantur à reliquis locis, et castris circumadiacentibus non absque incommodo, et iactura hominum Zagardi, unde volentes super premissis opportunè providere, statuimus, quod nemini liceat conducere messores tempore messium pro secundo eius ordine frumentum, vel quodcunque bladum, sed debeant et sic facere teneantur boatterij dicti castri, dum tempus messium aduenerit se congregare coram Vicario dicti castri ad requisitionem Massariorum, et eligere duos ex ipsis, qui

ambrosia.

88
amphiora habuerint sata, qui debeant conducere omnes
Messoris qui huc ad secandum frumentum se contulerit
et promittere eis illam mercedem diem pro quolibet
prout persoluitur in alijs terris, et locis finitimis qui
electi postmodum teneantur, et debeant diuidere messoris
et conductos inter alios messoribus indigentibus ad unum
tot messorum pro quolibet rubro sati ad arbitrium electo-
rum, qui tempore electionis, debeant iurare in mani-
bus mansariorum Zagaroli pnti Vicario de bene fide-
liter atque legaliter exerceundo eorum officium, & qua lan-
ce messoris distribuendo absque exceptione personarum
et qui contrafecerint in quavis parte pntis Statuti, qua-
libet vice incidat in poenam carcenorum viginti Curie
Zagaroli applicandam, et idem seruandum fore decer-
nimus, si ad secandum frumentum Zagarolitani condu-
cantur.

De inquisitionibus fiendis in rixis
& in furtis.

Rea. C.

Quibuscunque Reipublice curam habentibus maxi-
me conuenit obuiare excessibus, qui perturbare facile
possent quietum sue Reipublice Statum, et inter gra-
uius non infimum reputantur excessum eorum, qui ri-
xantur, quinimo grauissimum, cum obinde multa pernicio-
sa facinora oriri possent, eapropter statuimus, quod in
casibus cuiuscunque rixae, dum deuenitur ad extractio-
nem armorum ab utraque, seu ab altera parte tantum

vel ad illationem, percussionem, fustibus, seu pugnis Curia
 Zagawli procedere possit per inquisitionem, et taliter delin-
 quentis debita poena punire, iuxta statuta et super edita,
 ac etiam in quibuscunque furtis, ob frequentiam humor
 delicti ad reprimendam delinquentium audaciam non
 obstante Statuti. De inquisitionibus non fiendis ex officio
 cui in casibus supra scriptis demgamus, in ceteris uero
 casibus volumus Statutum ipsorum suam obtinere firmi-
 tatem.

De appellationibus.

Rea. C1.

Nemo est qui nesciat, quam frequens, quamque neces-
 saria sit appellatio cum per eam peruersa Iudicium Iu-
 dicia à perturbationibus animi obtenturata patefiant,
 et dum propalantur perperam iudicantis, de eorum ma-
 lo Iudicio puniuntur, cum litem suam faciant, et uni-
 cuique Jus suum tribuitur. Verumtamen adeo inua-
 luit temeritas litigantium, ut appellatio ipsa, quae ob
 releuamen grauaminis adinuenta fuit, illa abutentis
 calumnie se appellant, subterfugij, et dilationis causa
 ne consequi quod debet quis consequatur. Unde ne de eor
 huiusmodi malitia eorum friuoli et peruersi appel-
 lantis gaudeant Statuimus, quod à sententijs Vice-
 riorum Curiae Zagawli appellari non liceat à Summa
 decem carlenorum infra, à praedicta uero Summa supra,
 si appellatur fieri et interponi debeat infra decem dies
 illa rata maneat sententia, ex quo transitu, nescit in
 rem

90

rem iudicatam, et appellans prosequi debeat appella-
tionem ipsam in causis ciuilibus in termino duorum
mensium, in causis uero criminalibus, in quibus appel-
lari licet, appellans appellationem ipsam prosequi debeat
in termino unius mensis. Etenim de iure breuiores di-
lationes in Criminalibus, quam in Ciuilibus conceduntur.

De officio Massariorum, et eorum electione
Rca. Cij.

Ad politice uiuendum usus adinuenit, ut crearentur
in Ciuitatibus, Castris, et Locis Decuriones, qui alio no-
mine Anxiani, Priores, seu Massarij nuncupantur, qui
curam sue Reipublice haberent, et ut pauperes, qui victu
dictum ex suo labore querunt ab ipsis gubernentur, et fue-
antur quod nullo alio facilius modo fieri potest, nisi ut leges
municipales, et statuta ab officialibus seruentur, propter quod
statuimus, quod Massarij Castri Zagardi, qui pro tempore
erunt, teneantur, sicq; exequi debeant, ut singulis quibusq;
diebus Dominicis, in quibus post prandium per Vicarium
Jus redditur adesse debeat unus ex ipsis massarijs, et assis-
tere Vicario dignitate officij seruata, et commonefacere Vi-
carium circa obseruantiam Statutorum, et tabularum, et si
contigerit Vicarium aliquas extorsiones facere, minime pati-
antur, significando Vicario talia esse prohibita a Statutis
qui si monitus non desiterit, et se in finibus sui officij conti-
nuerit, coram Illm. Dno, uel Illm. Dna eius consorte, pro-
ponant causas, et iustas eorum querelas, quoniam benignè

expaudiuntur, aliis si Manarij ab assistentia predicta
cessauerint pro qualibet vice poena carcenorum duorum
puniantur, qui adesse cessauerit, et Vicarius teneatur in
Sindicatu de omni indebita extorsione iuxta statuta, et
Iuris formam, quos Manarios eligere debeant seque deputa-
ti ad regimen Castri Zagarioli.

De damno dato in areis post festum Assump-
tionis B. Mariae Virginis.
Rca. Cijj.

Ad conditoris Statutorum spectat prouidere quibuscuq;
casibus qui facile occurrere possent ad tollenda scandala,
lites, et dissensiones. Sane ad aures nostras peruenit non-
nullos callide et dolose relinquere in campis certam portun-
culam fabarum, et aliorum leguminum non euulsarum,
et similiter frumentum non sectum e lapso tempore merui
et similiter res predictas in areis ea intentione, quod si
in dictis rebus damnum datum fuerit, ad duplum eis eme-
detur, et quoniam impossibile est quin damnum in rebus
predictis non detur, tum propter multa animalia depas-
centia in territorio, tum etiam propter ignem, qui in sti-
pulis mittitur, ne frans alicui patrocinetur. Statuimus qd
quilibet nedum fabas, et alia legumina euulsisse, et quod-
cumque aliud bladum secasse, sed etiam predicta omnia
excrussisse, et abstulisse ab areis per totum festum s^{te} ma-
rie, id est Assumptionis eius de mense Augusti, aliis si
damnum passus fuerit in ipsis rebus in campis seu in areis
relictis

relictis post festum predictum contra formam p^{ri}ntis Sta-
tuti, sibi imputetur, nec petere possit emendam damni dati
et si petierit in iudicio non audiatur quomodocunque
damnum datum fuerit, et nihilominus teneatur patiens
damnum solvere. Jus curie, scilicet restitutum pro illis
rebus, in quibus passus est damnum, ex quo illud sui cul-
pa euenit.

Quod quilibet debeat facere aream
iuxta suam messem.

Rea CIV.

Ad ripas, et contentiones euitandas, Statuimus, quod
quilibet debeat facere aream in loco, ubi habuit satum,
et est eius messis, nec accedere ad aream alienam contra
domini aree voluntatem, si sata habuerit in locis cam-
pestribus, et spatiosis, at si sata habuerit in caesis, in qui-
bus locus non ita de facili datur commoditas aree fa-
ciendae ob loci angustiam, volumus quod eos saroli adi-
re debeant domini aree, et petere ab eo commoditatem pro
trifando eorum messem in eius area, et dominus aree
minime denegare debeat ac commodare eos sarolos, qui ea-
saroli postquam percusserint eorum frumentum, et bladum,
et ab area illud asportauerint, non possint paleam inde au-
ferre, absque voluntate domini aree, et hoc in recompen-
sam expensarum factarum in aream construenda per dominum
ipsius, et hoc sub poena arbitrio Ill^u Dni Hri reseruata

De canabibus portandis.

Rea CV.

Cum non minus nobis cure sit quod nostri subditi Zaganoli bene, et quiete, viuant, verum etiam ut commodius, et ciuiciter in eorum domibus maneant, et inhabitent eorum commoda, atque vtilitas equis ac nra cupientibus. Idcirco statuimus, et ordinamus, quod cuiuslibet dicti castri Zaganoli nunc, et infuturum eius domum canalibus tegere volenti quilibet cuiuscunque gradus, et conditionis existens teneatur, et debeat vniam vecturam asini, vel equi prout habuerit absque solutione aliqua dare, et accommodare, ut alter alteri auxilio continuis sit. sub poena vnus scuti aurei applicari ipso facto Camere Illmi. Domini, et duplicandi vecturam in casu contrarij presentis vecturas.

De poena a Bassinijs.
Rea CVI.

Cupientibus in quantum possumus delictis obuiare, ac via delinquendi malefactoribus precludere, cum Reipublica intersit Ciuitatem malis hominibus esse purgatam, ideo statuimus, quod si quis nre Iurisdictioni subiectus alicui pecuniam erogauerit, seu pollicitus fuerit ut aliquem hominem occidat, si secutus fuerit effectus, poena vltimi supplicij, ac confiscationis ciuim honorum mulctari volumus, sed si non fuerit secutus effectus, et venerit ad aures Curie Zaganoli puniatur delinquens, seu mandans poena scutorum centum cum assassinium sit enormissimum delictum, et in hoc casu leges transgredi licet, ne suis delictis delinquentes inuentur. 3

94

X
Petrus Franciscus Columna

Cum pro inquantando anno quolibet territorio nostri Castri Columnæ necessarium fore nouerimus distribuere in partes pro portione bouum tam Tagaroli, quam dicti castri omnes, et singulas possessiones specialium personarum ibidem existentes per nos donatas, idcirco motu proprio tenore presentium decernimus, volumus, et mandamus, quod nullus cuiusvis gradus, status, et conditionis existat, possit ipsas possessiones alicui dare, ad laborandum, uolens quod magnanus factor noster, seu alter pro tempore eius ipsas possessiones diuidat in partes ad colendum pro portione bouum tam Tagaroli, quam Columnæ tangenti, et moris est, et opportunum, vel necesse ei videbitur. Mandantes Vicarijs tam Tagaroli, quam Columnæ presentibus, et futuris sub poena nostri arbitrij, quatenus nullo Juris ordine seruato summarie, simpliciter, et de plano sola facti veritate inspecta habita solum relatione a nostro factore de assignatione ipsarum portionum colonis ipsis cogere debeat eisdem, quibus fuerint assignate, portiones possessionum huiusmodi ad satisfaciendum integraliter veris dominis ipsarum responsionem seu redditum omnium fructuum, spectantium, et pertinentium ex dictis portionibus. Reseruantes colonis ipsis omne jus agendi illatum, si quod eis competere contra factorem, aut quemcumque alium promissorum occasione volentes, et mandantes presentem nostrum motum proprio inuiolabiliter obseruari, et in volumine Statutorum Tagaroli per modernum Vicarium regrari debere. Dat. Tagli. in Palatio nostro die 20. febr. Placet, et ita motu proprio mand. P. Fran. Columna. 1523.
De mandato Ego Pyrrhus registrarij

Petrus franciscus Columna Taganoli Dominus.

Veteri Jurisprudentia summa cum ratione placuit, ut iniuria
 eo grauior censerebatur, quae indigniori loco, specie honestioribus
 que personis astantibus inferretur, ac et voluit esse futurum
 refugium confugientibus ad Statuas Principum; Simulq; ad di-
 uas ipsorum domos, nec immento, nam sicuti Principes ob eorū
 praepellentiam ceteris antecellunt, ita conuenit ut eorundem
 domus ceteris priuatorum domibus censeantur priuilegijs in fi-
 gnitate, quibus constitutionibus Inherentis pntis nostrae Sanc-
 tionis serie precipimus, atque iubemus, quod quādo cunq;
 contigerit oriri rixas in Castro nro Taganoli inter quoscun-
 que Civis, Vassallos nros, aut exteros, et altera pars ex ri-
 xantibus vitandi periculi causa, confugeret ad Palatium
 nra Curia minimē liceat talem confugientem insequi, si
 quis verō contrafecerit, et ausus fuerit ingredi plateam
 quae incipit à domibus Petri de Halo versus Palatium
 etiamsi nullam lesionem intulerit, quia ex huiusmo-
 di ausu temerario spediari quodammodo videtur authori-
 tas tui refugij, et a quo omnis iniuria propulsari debet
 poena duorum hactuum condē puniatur, etiam alia
 lesione fugati non secuta, et si perseuerauerit insequen-
 do ulterius vsque ad fores Palatij etiam non cadendo, ad
 carceres, vel seruitium triremium, ad tempus, prout nobis
 visum fuerit volumus fore puniendum, at si in dicta pla-
 tea insequendo percusserit, vel vulnera intulerit, etiam
 non lethalia, manum cum qua percussit amittat, si
 verō tam temerarius fuerit, ut fugatum appulsum intra
 fores Palatij percutere, aut vulnerare etiam non morti-

ferè presumpserit, capitali, et ultimi supplicij poena
 feriat. Sed si casualiter, et non appensate, rixæ in du-
 ta platea, vel etiam intra clausuram Palatij nostri oriren-
 tur à personis ibidem conuersantibus, uel à quibusuis
 alijs personis poenam nolumus alteram ultra imposi-
 tam in similibus à Statutis casus in rixæ semper pre-
 sumatur, nisi appensatio legitime probata fuerit. Et
 volentes presentem nostram iurionem perpetuo esse man-
 suam. Tibi Pyrrho Tranensi Vicario nostro Zaga-
 roli harum serie committimus, atque mandamus, ut
 illam publicari facias coram Massarijs, et alijs ho-
 nestis viris castri nostri Zagaroli, ne de cetero sub
 pretextu ignorantie, quispian se excusare valeat, et pu-
 blicatas inferas inter alias nostras constitutiones in
 volumine Statutorum comprehensas. Datum Zaga-
 roli die ultimo Martij M DXXIIJ. Publicata coram
 Massarijs, et electis. Vide infra.


X Petrus Franciscus Columna Zagaroli Dñus
 Cum res nostras omnipotenti Deo propitio feliciori succes-
 su, quam antea consueuerint, procedat, et sua largiente
 gratia vetustissimos, nostræ familiae, castrum Columna
 tam diu circuitum & inhabitatum nostris temporibus, et
 à nobis nequam reedificationis suscepit exordium, veru-
 etiam quibusdam inter cetera temporibus, maximum incremen-
 tum; concedens est, ut aerolis illis sicuti non conuenit esse
 sine lege, ita nec absque magistratu, et quoniam Jurisdictio
 à Ferruccio metatur, ea propter volumus pñtis nræ serie

97
Sanctionis, quod Castrum predictum Columne distinctum
habeat territorium a nostro Castro Zagarij territorio illa
distinctione ad presens omnibus bene nota, et per consequens
quod deinceps quaecunque accusationes malefactorum, et
damnorum datorum intra fines territorij predicti fieri de-
beant coram Capitaneo dicti Castri, et minime liceat quibus-
cunque officialibus Zagarij, et precipue Vicecomiti actus
Jurisdictionales exercere intra fines territorij Columne, nec
vectigal aliquod, seu gabellam, uel quodcunque aliud Jus
spectans Vicecomiti exigere in predicto territorio, sed
omnia illa Jura remaneant ad commodum communitatis
Columne per nos constituti, et in futurum constituendi,
nisi in casibus, in quibus imploraretur auxilium offici-
alium Zagarij ab officialibus Columne. Etenim
tunc precipimus officialis nostri Zagarij adesse de-
bere, et prestare auxilium, uel nisi reprobatae com-
missae per Vicarium Zagarij fieri non possent alibi
commodiori modo, quam in territorio Columne, etenim
uolumus illas in ipso territorio fieri posse, quinimo ex
iustis causis mentem nostram prouocantibus, et
ad nostrum beneplacitum, quod nunquam intelliga-
tur reuocatum nisi expressè reuocetur quod quilibet
delinquens in Castro nostro Zagarij etiamsi pro delicto
imponeretur poena ultimi supplicij, scilicet Separationis
anime a corpore, uoluntis posse tunc confugere, stare,
et morari, et suum incolatum facere in Castro Columne,
et toto eius territorio absque metu aliquo quoad eius per-
sonam, quo uero ad bona procedatur iuxta formam

Statutor.

98

Statutum, et similiter si quispiam deliquerit in Castro Col-
lumna, pro quo delicto poena mortis naturalis imponeret
possit tunc se conferre ad habitandum in Castro nostro Za-
garoli, et gaudeat simili priuilegio, ut superius est expressum
exceptis tamen infrascriptis casibus, nisi committeret cri-
men laesae maiestatis in personam summi Pontificis, et ali-
cuius ex RRm^s Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus,
vel in personam nostram, nostraeque M^{ris} coniugis, et fi-
liorum, et idem dicimus in crimine laesae Maiestatis di-
uinae, id est haereticis a maiestate rationis, et falsae mo-
netae, in reliquis uero casibus volumus praemissa inuolabi-
liter obseruari. Datum Zagari die ultimo Martij
MDXXIIJ Fpatrandorum.



Petrus Franciscus Coluna Zagari d^{ns}
Supplicauerunt Nobis humiliter Manarij, et alij De-
putati ad regimen Castri nostri Zagari qualiter digna-
remur Statutum de hortis faciendis reuocare, et quod
eius auctoritate non possit per Vicarium nostrum eius-
dem Castri de cetero fieri inquisitio, nec eius vigore a
non facientibus poena exigi, sed relinquatur arbitri-
um, quod Statutum licet fuerit summa cum ratione con-
ditum pro uertute ipsius Castri, attamen uolentes cum
dictis nostris Vassallis gratiore agere, attendentes eorundem
supplicationes, illud reuocamus, et annullamus, et quod de-
inceps sit nullius roboris, et momenti, mandantes Vicario
presenti, et successiue futuris eiusdem nostri Castri qualiter
presentem Nostram reuocationem Statuti praedicti ser-

uare inuiolabiliter debeant pro quanto gratiam nostra
 charam habent, iram, & indignationem Nostram eu-
 piunt euitare. In cuius rei testimonium presentem
 nostram ipsam in Nostris Constitutionibus inseri ius-
 simus. Datum Zagawli die primo Aprilis —
 M D X X iij.

Petrus Franciscus Columna Zagaw-
 roli Dominus.

Pruidimus superius per nostram Constitutionem
 contra temerarios, qui nulla loci qualitate pensata
 parim, et indistinctè presumat rixas facere, et su-
 os aduersarios, et inimicos etiam armati insequi ne-
 dum intra plateam ante fores Nostris Palatii Castris
 Zagawli, verum etiam iuxta fores eiusdem imponen-
 tis poenam pro qualitate eorum temeritatis, et au-
 dacia, ut id, quod ratione suadente facere negligunt
 saltem metu poenae precauere studeant. Verum quia
 euenire posset, ut quis sciens poenam predictam in
 Nostra Constitutione impositam, scienter, et dolose suum
 aduersarium, et inimicum expectaret prope dictam pla-
 team, et dum ibidem enet, eundem percuteret, et con-
 fugeret ad dictam plateam, et Palatium, persuadens sibi
 vigor dictae Constitutionis non posse insequi. Et sic quod
 nos fecimus ad delicta cohibenda, prestaret materiam
 delinquendi, declaramus presentis sanctionis serie con-
 stitutionem ipsam, cum sit quod dolus, et fraus nemini de-
 beat patrocinari, quod tunc, et eo casu licet impune aggressio

et insultato, seu percusso se aduersus eius inimicum defen-
 dere etiam in ipsa platea, et iuxta fores nostri Palatii, ete-
 nim defensio cum sit de Iure naturali, nemini auferendam
 esse censemus, quinimo declaramus dictum aggressorem
 incidisse in poenam dictae nostrae Constitutionis ac si in
 ipsa platea deliquisset, et puniri debere pro qualitate sui
 excessus, ut in ipsa nostra constitutione superius est expressum
 et ne quispiam ignorantiam pretendere valeat, volumus de-
 clarationem ipsam publicari debere, et in volumine Statuto-
 rum registrari. Datum in Palatio nostro Zagari die
 decima Aprilis 1523.

Placet P. Franciscus Columna.



Liber Tertius

• Damnorum datorum

Vigentis - etatis damnosa, lasciuia circa damnorum incursionem tam frequenter, et temere prosiliit, et cum non possit commode per iura communia refranari, expedit quod provideatur arctius per Statutariam sanctionem. Ideo de puniendis damnorum dantibus annectimus.

De damnis datis videlicet de metentibus granum ordeum, speltam, et alia.

Rea. Prima.

Statuimus, et ordinamus, quod si quis messus fuerit granum, ordeum, speltam, farrum, linum, seu canapum de alieno, dum est in herba, seu spica, soluat nomine poene Curiae Zagavli, si de die solidos centum, si de nocte duplum, et nihilominus damnum emendet iuxta appetitum appretiatorum communis Zagavli.

De poena secantium ferraginem.

Rea. Secunda.

Statuimus, quod si quis secauerit ferraginem alienam soluat poene nomine Curiae Zagavli, si de die solidos quadraginta, si de nocte duplum, et damnum in super emendet.

De poena inuentorum cum pomis non habentium vineas, neque aliud tenimentum

Rea. Tertia.

Statuimus quod si quis fuerit inuentus cum vuis,

perficis

per ficis, piris, vel alijs similibus fructibus in quavis
 parte territorij Zagambli non habens vineas, vel aliud
 tenimentum, unde fructus ipsos legere potuerit, soluat
 Curie Zagambli solidos quinquaginta, nisi docuerit à
 quo habuerit, cuius sacramento Stan volumus, et de
 nocte duplicetur.

De poena Facientis Traiectam

Rea Quarta.

Statuimus quòd nulla persona faciat traiectam per
 tenimenta aliena, et contrafaciens, teneatur pro qualibet
 vice ad poenam solidorum decem.

De poena euntium per noualia madefacta

Rea Quinta.

Statuimus, atque ordinamus, quòd nulla persona tem-
 pore pluuiali, et quando noualia madefacta sunt, per-
 mittat per ea transire aliquas bestias pecorinas, caprinas,
 porcinas, bouinas, aut equinas, exceptis bobus arato-
 rij à Kalendis Junij vsque ad Kalendas Octobris,
 et qui contrafecerit, dominus bestiarum soluat poene
 nomine Curie Zagambli solidos triginta pro quolibet
 franco.

De electione Custodum Territorij

Rea Sexta.

Statuimus quòd pro custodiendo territorio eligantur
 per mansarios quolibet anno Custodes, et caput Guardianor-
 um numero quinque, qui custodire debeant territorium

et prouidere, ac inquirere, quocumque animalia da-
 num dantia in vineis, cannetis, satris, pratis, et alijs
 quibuscumque locis, vbi damnum inferri possit, et
 comperitis animalibus damnum dantibus, ipsa accu-
 sare Vicario Zagambli legaliter sine odio, aut fraude ali-
 qua, quibus tempore electionis, antequam incipiant
 exerceere eorum officium, debeat Vicarius deferre Jura-
 mentum tactis scripturis, quod legaliter exercebunt eo-
 rum officium, et casu, quo deprehensi fuerint fraudem
 aliquam commisisse, vel falso accusando, uel iustam ac-
 cusationem in fraude Curie subtacendo puniatur poe-
 na quatrupli eius, quod solui deberet ex accusatione
 falso instituta, vel occultata.

De fide adhibenda accusatori.

Reca. Septima.

Quoniam damna, que in tenimentis inferuntur fa-
 cilius probari non possunt, ex quo non datur hominum
 frequentia Ideo ratione difficultatis probationis statuimus
 quod damnum passio attestanti cum Iuramento eidem de-
 lato per Vicarium animalia inuenisse in suo damnum
 dantia, et cognoscere cuius sint, credatur, etiam si dam-
 num appretiatum fuerit vsque ad summam ducati vni-
 us inclusiue, et pro tantundem etiam pro poena, ultra
 uero dictam summam fides non adhibeatur tam respec-
 tu poene, quam damni.

De damnis datis à quouis genere animalium,
 que damna inueniri non possunt

Statuimus, et ordinamus cum neque ex lege, ex equitate Justitie, aut honestatis esse videatur, quod damna data, que inueniri non possunt à custodibus, siue alio modo emendari non debeant impunita recedant, consulenti publicæ, et priuatae utilitati pro communi reipublicæ commodo, et quiete, et ut damna omnia restituantur, et emendantur, ut suum unicuique Jus seruetur, idcirco decernimus, quod quicumque, et qualiscunque qualitatis persone damnum aliquod in saxis, vineis, frumento, ordeo, siue quouis alio satorum genere in hortis, pratis, et omnibus denique possessionibus licite in territorio Zagavli receperit à bobus, equis, equabus, porcis, pecudibus, capris, siue quouis alio quadrupedum genere, quod quidem damnum inueniri non possit à custodibus siue licito et constituto modo quod dominus damni recepti quamprimum ad eius notitiam tale damnum peruenerit Juramento scilicet prestito super notitia temporis de tali damno apud Curiam querelam facere debeat, omnemque diligentiam, et operam impendere teneatur pro dicto damno reperiendo, inquirendo videlicet examinando, et omnia alia possible faciendo, ut tale damnum inueniatur; tandem si his omnibus diligentijs adhibitis infra decem dies talia damna inueniri minimè possint, illud genus animalium siue domini illorum animalium in genere, que damna dederint, teneantur omnes simul talia damna emendare, ac restituere illi qui huiusmodi passi sunt.

De termino accusationis fiendæ in
damnis datis.

Rca. IX.

Statuimus quod tam custos Territorij, quam quivis alius accusator debeat infra terminum dierum quatuor à die, quo animalia inuenerit damnata, coram Vicario Zagavli accusationem instituisse, alias eo termino elapso nulla sit accusatio. Verum tamen custos territorij Curie teneatur ad poenam accusationis ultra terminum factæ, et damnum emendare, damnum passo.

De tempore inquisitionis fiendæ in
damnis datis.

Rca. Xa.

Quoniam sicut conuenit consulere damnatum patienti, ita etiam condecens est, ne, reo tollatur facultas sua defensionis, et propterea statuimus quod quouis inquisitio in damnis datis debeat formari infra terminum trium mensium à die damni dati, alias eo tempore elapso ulterius inquiri non possit.

De tempore citationis in damnis datis.

Rca. XI.

Ut accusatus in damnis datis possit et habeat commoditatem se defendendi, statuimus quod Vicarius facta sibi accusatione damni dati, siue per custodis, siue per quoscumque alios debeat die sequenti citari facere per mandatarium dominum animalium inuentorum damnatum, alias Vicarius teneatur resar-

cire

cire de suo curia, poenam, ad quam dominus animalium
teneretur, et parti sese, damnum emendare, etenim in iure
officialium negligentia in multis punitur, et idem in In-
